ad ꝓpositũ. Sꝫ qñ arguit:aut volẽdo aut
⁊c. Dico ꝙ volendo nõ volitione instanta-
nea:sed successiue ꝓducta ⁊ per tps cõser-
uata. Contra. ergo voluit ibi prius esse q̃
fuerit. Concedo ꝙ anteq̃ fuerit/voluit ꝓ
aliquo tempore esse ibi : sicut volo nunc ꝓ
aliquo tẽpore esse Rome. Tamen in rei ve
ritate nõ est idem iudiciũ de christo ⁊ sua
volitione ⁊ nostra. Nã forte deitas sic coa
git:ꝙ subito vel in tpe ꝓducit volitionem
sicut deo placet.

Ad quintam.

Ad quintã de illumina-
tiõe medij qñ arguit. Agẽs naturale agit
subito. Dico ꝙ volũtas nõ agit subito:nisi
quãdo actio sua est finis transmutationis
successiue:sicut ꝑ cõmentatorẽ ptꝫ. vj. phy
sicoꝝ. cõmen. xxxij. Et qꝛ volitio nõ põt se-
qui actionẽ nisi in tpe: volitio dico libera :
ideo nõ põt esse in instanti.

Ad sextam.

Ad sextã qñ
arguit. Intellectus intelligit ⁊c. Nego an
tecedens. Et ad dictũ pħi ⁊ cõmentatoris:
qui in diuersis locis vident dicere ꝙ intel-
lectio fit subito vt visio:sicut de intellectio
ne dicit. iij. de aĩa cõmen. xxviij. ⁊ de dele-
ctatione. iiij. Ethico. c. v. Dicit ꝙ q̃uis ille
q̃litates in sua gñatione intendant: ⁊ par
tibiliter acquirant : tñ qꝛ possunt manere
in esse quieto sine intensione vel remissiõe
qñ sunt perfecte: ⁊ illa ꝑfectio est in instan
ti:sic aũt nõ est de alteratione. Sed impos
sibile est alterationẽ esse nisi in tpe:⁊ pars
sic acquisita ⁊ pars acquirenda: ideo intel
lectio:visio:volitio:⁊ hmõi non sunt essen-
tialiter alterationes:qꝛ possunt manere in
esse quieto:⁊ tunc vere denominãt sua sub
iecta:ita ꝙ aĩa intellectiua ꝑ intellectionẽ
que fuit successiue ꝓducta: ⁊ manet in esse
ꝑfecto in instãti. Et sic ꝓbat Ari. iiij. ethi.
ꝙ delectatio nõ est vera gñatio nec altera
tio:qꝛ delectatio est ꝑfecta in instãti.

Ad septimã.

Ad
septimã qñ đi ꝙ delectatio seq̃t ⁊c. Nego
ꝯñam : qꝛ sic arguendo est fallacia ꝯñtis.

Ad octa.

Ad octauã nego ꝯñam ⁊ añs. sicut patet
ad quintã.

Ad no.

Ad nonã cũ đi. agens natura
le agit subito. Negat:vt ptꝫ in ꝑdicto quin
to.

Ad decimam

Ad decimã qñ arguitur, si sic diabol⁹

⁊c. Cōcedo ꝙ in instāti in quo incepit pec
care: vtraqꝫ istaꝝ fuit vera si fuisset forma
ta: immediate post hoc ille peccabit: ⁊ im-
mediate post hoc ille est induratus. Sed
Nota bene. hic est vna difficultas: q2 in isto instanti vi
detur ꝙ hec fuit vera: hic in grā est/⁊ nun
ꝗ̄ postea erit. ⁊ idem est quandocunqꝫ hō
peccat mortaliter; q2 vel est dare primū in
stans nō esse gratie: vel vltimū esse. si pri-
mum nō esse: ergo primū nō esse pcī. si vl-
timū esse: ḡ habeť ꝓpositū: ꝙ est dare vlti
mum esse rei ꝑmanentis in esse. Ad istud
posset dici: quia in actionibus vel transmu
tationibus vbi deus est agens: non est
omnino sicut in actionibus vel transmuta
tionibus naturalibꝰ, de ꝗbus loquiť Ari.
viij. phys. vbi dicit ꝙ instās semꝑ ē poste-
ritas passionis. a quo est hoc gn̄ale dictū:
ꝙ nō esse dare vltimū instās rei ꝑmanētis
Ad vn decimā in esse. hoc nō est incōueniēs. Ad vnde-
cimā ꝯcedo ꝙ nec est primū volitionis nec
vltimū. h̄ est: nō est dare primū in quo hec
est vā sor. vult: nec vltimū: q2 si vult: voluit
⁊ volet. Et qn̄ arguiť. tūc inter meritum ⁊
demeritū ⁊ penā foret mediū. ꝯn̄s est fal-
sum ⁊ ꝯ̄ Aug. ⁊c. Nego ꝯn̄am: q2 sicut non
est dare primū in quo peccat: ita nō est da-
re primū in quo puniť: q2 simul cū peccat:
priuat se gratia ⁊ dispōne ad bonū: ⁊ ideo
punit se continue sicut peccat. Et hoc vult
Aug. ꝙ patiēdo reddit qđ noluit faciēdo.
Ad. xij Ad duodecimū qn̄ arguiť. si sic ⁊c. ergo
pctm̄ ⁊c. Cōcedo ꝯclusionem: q2 nō p̄cessit
tpe nec pācto tpis: sicut dicit Aug. Dico tn̄
ꝙ aliquo genere loquēdi pctm̄ p̄cessit pe-
nā causalitate vel natura: h̄ est tales locu-
tiones sunt vere: iste puniť/q2 peccauit: ⁊ si
nō peccasset: nō fuisset punitꝰ. Et iđ cū đr
ꝙ pctm̄ p̄cessit penā ī angelo vł hoīe: veꝝ
est causalitate vel natura: nō duratiōe pre
cessit. Et qn̄ arguiť ꝑ cōmentatorē. dico ꝙ
loquiť de agente ꝑ transmutationē: ⁊ de-
Ad. xiij effectu cōpleto. Ad decimūtertiū. cōce-
do ad p̄sens ꝙ est dare vltimū instās cha-
ritatis: q2 charitas nō causať a creatura:
nec ab ea corrūpiť: sꝫ ꝑ hoc ꝙ deus iā eam
vlterius nō ꝯseruat: ⁊ q2 in istāti pōt inci-
pere eā nō ꝯseruare: igiť est dare vltimum
instās in quo ꝯseruat. Ad decimūquar-
Ad decimam q̄rtam tū qn̄ poniť: precipiať alicui ꝙ in a instan
ti ⁊c. tūc queriť ⁊c. Verū est ꝙ ista difficul
tas pōt multiplr̄ fieri: sꝫ quātū ad presens
spectat: hec ꝯclusio est ꝯcedenda; ⁊ hec est
vera: aliquis peccauit: ⁊ tn̄ nunꝗ̄ peccauit
in aliquo tpe qđ esset precisa mensura pec-
cati sui. ⁊ hoc loquēdo de pctō omissionis.
⁊ hoc n̄ nō sit dare minimū tp̄s in quo vo-
luntas pōt velle: ⁊ maximū in quo nō pōt
velle. Vel aliter dico ꝙ ante a est dare ali- Alia re spōsio.
qđ tp̄s qđ esset minimū perceptibile ab eo
in quo pōt: vel maximū in quo non pōt: et
in quo debebat velle incipere: q2 nō sufficit
obedienti ꝙ exequatur: nisi exequatur ad
intētionē precipiētis. hoc aūt requirit de-
liberationē. ⁊ ideo ex deliberatione ⁊ non
subito debet incipere in a: ⁊ ideo dꝫ velle
incipere in a ante a. Et tunc est dicendum Replica.
ꝙ in toto tēpore illo peccauit. Sed cōtra
non omittit qđ deberet facere: q2 nihil dꝫ Solutio.
facere ante a. Nego: q2 qui precepit ꝙ de
beret incipere facere: precepit ꝙ ante a de
beret velle hoc facere: ⁊ ideo licet sit p̄ce-
ptum rationale de quodā particulari voli
bili: tn̄ illud foret preceptū oīno irrationa
bile: precipio tibi ꝙ tu incipias bene vel-
le in a. Ad decimūquintū vbi đr ꝙ tūc Ad decimam q̄ntam
charitas maneret solū ꝑ instās ⁊c. Cōcedo
ꝯclusionē. ⁊ dico ad pbm̄ ꝙ Ari. vult ꝙ h̄
sit īpossibile ꝑ actionē ꝯiunctā cū tpe: ita
ꝙ eadē res generet ꝑ trāsmutationē con
iunctā cū tpe: ⁊ postea corrūpať ꝑ agēs na
turale: ⁊ nō maneret nisi ꝑ instās. Ad de Ad decimam sextam
cimūsextū qn̄ accipiť de angelo ⁊c. Pōt ex
poni sic. ꝙ a primo instanti: nō in p̄mo in
stanti. Ad decimūseptimū dico ꝙ illud Ad decimā se primā.
argumētū directe ꝯcludit oppositū: q2 si
nō peccauit nisi in tpe: tunc in p̄mo instāti
extrinseco illiꝰ tpis fuit bonꝰ, idest existēs
in gratia. Ad vndecimū p̄ncipale qn̄ ar VV Ad vndecimū p̄ncipale.
guiť ꝙ si volūtas ⁊c. sequeret ⁊c. Nego cō
sequentiā: sicut patuit in quarto articulo
questionis. Ad ꝓbationē que est auctori-
tas cōmētatoris. iij. physicoꝝ glossať cō-
muniter ꝙ intelligiť sic: ꝙ cōtingēs equa
liter nō inueniť in potētijs actiuis. verum
est in potētijs actiuis naturalibꝰ: qđ cōce-
do: sꝫ de potētijs actiuis ⁊ liberꝫ nō loqť.
Ad duodecimū principale quādo argui Ad. xij princi.
tur ⁊c. differo ad p̄mā questionē que erit YY
de modo fruēdi. Ad decimūtertiū prin Ad. xiij princi.
cipale qn̄ arguitur. tunc volūtas libere po
test vitare peccatū: ꝯcedo ꝯsequētiā ⁊ cōse
quēs similiter. ad istū intellectū: pōt libe-
re anteꝗ̄ peccet facere peccatū ⁊ nō face-
re pctm̄: nō ita ꝙ possit libere vitare pec-
catū postꝗ̄ peccauit; sicut ꝓbať venerabi

lis Anselmus de libe. ar. c. ij. Nam seruit⁹ peccati est impotētia non peccandi. Ad formas q̄ probant falsitatē ꝯn̄tis / r̄ndeo quarū prima fuit talis: Si Adam potuit vitare peccatū: aut ergo anteq̄ peccauit: aut qn̄ peccauit ꝛc. Dico q̄ quelibet istarum est distinguenda ſm sensum ꝯpositū ꝛ ſm sensum diuisum. Sensus cōpositus pōt esse talis: q̄ hec fuit possibilis: Adā vitauit pctm̄ qn̄ peccauit. ꝛ ille sensus est falsus. Sēsus diuisus est iste: Adā in hoc tēpore potuit vitasse pctm̄: ꝛ in b t̄pe peccauit: demōstrato t̄pe q̄ peccauit. tūc cōcedo illā in sensu diuiso: scʒ Adā potuit vitare pctm̄ qn̄ peccauit. Qui sensus magis ꝓprie exprimit̄ hic: Adā qn̄ peccauit / potuit vitare pctm̄. Secūda ꝓpō est ista: Adā potuit vitare pctm̄ anteq̄ peccauit: et illa similiter in sensu diuiso: ꝛ in sensu cōposito falsa. Tertia est falsa in vtroq̄ sensu. Un̄ cōcedo istā: Adā quādo peccauit / potuit vitasse pctm̄. Cōtra. capio aliquē peccātē nūc actualiter: aut iste pōt vitare peccatū aut nō. Si sic: cōtra. nūc est in pctō: q: nūc peccat: ergo nūc nō pōt vitare pctm̄: quia habēs peccatū non potest vitare pctm̄: q: habet pctm̄. tunc si nō potest nunc vitare peccatū: ergo nūc nō peccat: q: nemo peccat in eo q̄d vitare non potest. ſm Aug. libro. iij. de libero arbi. c. xxviij. Ad istud dico q̄ iste due ꝓpōnes sunt incōpossibiles: scʒ ille peccat: ꝛ ille potest vitare peccatum. Unde demōstrato peccante: concedo q̄ iste nō pōt vitare pctm̄. Et ad Aug. dico q̄ d₃ sic intelligi. nemo peccat in eo q̄d vitare non pōt: id est nemo peccat faciēdo illud quod sic excedit suā posse: q̄ nō potuit illud vitare anteq̄ peccauerit. Un̄ dico q̄ iō hō peccat: q: anteq̄ peccauerit / poterat nō peccare: similiter peccās est cā hui⁹ impotētie qua non potest vitare: ꝛ iō est sibi imputandū. Sed cōtra istud arguitur p̄ scd̄am formā: sit a tēpus ante pctm̄ Ade quod peccatum fiat in tēpore b: tunc arguitur sic: Adam tantum ante b potuit vitare pctm̄: ꝛ semp ante b vitauit pctm̄ q̄ fecit quātū potuit. ergo nō peccauit. Preterea. Si an̄ b potuit vitare pctm̄: ne peccaret in b: ꝛ nō vitauit: ergo ante b omisit facere q̄d debuit: ergo ante b peccauit. Cōsequēs falsum: q: argumētū ꝓcedit de primo peccato Ade. Preterea. Capio primū angelū q̄ peccauit. s. Luciferū ꝛ Michaelem: ꝛ sit a instās casus vel ruine ipsi⁹ Luciferi: ꝛ arguo sic. semp ante a eque bene se habuerūt Michael ꝛ Lucifer: q: si nō: Lucifer peccauit anteq̄ peccauit. consequēs falsum. ꝛ in a Lucifer nō potuit vitare peccatū. ergo quādocūq̄ potuit vitare pctm̄: vitauit.

Ad primā formā ꝓbantē falsitatē cōsequētis.

Replica.

R̄nsio.

Replica p̄ secūdam formā.

Secūda.

Tertia.

Ad primū istorū nego istā: Adam tm̄ ante b potuit vitare pctm̄: q: in b potuit vitare peccatū. Unde concedo q̄ quādo peccauit: potuit vitare peccatum. Ad scd̄m dico q̄ ante b potuit vitare peccatū ne faceret ī b. Et quādo arguit̄: ante b nō vitauit ne faceret in b: ergo ante b peccauit ꝛc. Nego ꝯn̄am: sed sequit̄ q̄ in b peccauit. q: nō tenebat̄ vitare ne peccaret in b ante b: sed ante b. quia hoc nō potuit facere: quia non potuit peccare in b ante b: sed tm̄ ante b tenebat̄ vitare peccatum in b. ꝛ in b similiter tenebatur vitare in b. et ideo q: nō vitauit in b: ideo ī b primo peccauit. Ad tertiū ꝯcedit̄ q̄ Michael ꝛ Lucifer eque bene se habuerunt ꝛc. vsq̄ ad a ꝛ nego istam: in a Lucifer non potuit vitare pctm̄. ꝛ qn̄ peccauit: potuit cauere vl̄ vitare pctm̄: loquēdo scilicet in sensu diuiso sicut dictū est. Ad tertiā formā quādo arguit̄. si hō pōt vitare pctm̄: aut pctm̄ p̄ns aut futurū. Dico q̄ nec sic nec sic: sed dicit̄ q̄ homo pōt vitare pctm̄: loquendo scʒ in sensu diuiso. sicut dictū est ad istū intellectū q̄ pōt vitare ne peccet in futurū. Ad quartā qn̄ arguit̄. Si pōt vitare peccatū futurū: ponat̄ in esse ꝛc. Dico q̄ hec est falsa. hō pōt vitare pctm̄ futurū: si ꝓprie accipiat̄. Si aūt īproprie accipiat̄ ꝛ p̄ quadā alia: scʒ p̄ ista: hō pōt vitare ne peccet in futurū: sic est vera. Ad quintā qn̄ arguit̄ per idem. aut hō tenetur vitare peccatū cōmittendū a se: vel cōmittēdum ab alio. Dico q̄ nec sic nec sic: sed d₃ vitare ne cōmittat peccatum. Ad sextam formam quando ponitur q̄ de⁹ reuelet sorti q̄ tātum ille de numero istorū: demōstratis sorte platone ꝛ quibusdā alijs: saluabit̄ / qui cras peccabit mortaliter ꝛc. Et sic q̄rit̄ur in tali casu vtrū d₃ velle peccare mortaliter an nō. Videt̄ mihi dicendū ad istā ſm artē obligatoriā. Nā idē est dicere: reuelet de⁹ sorti a ꝓpositionē: ꝛ credat sortes hāc ꝓpōnē deo docēte: ꝛ sic erit sicut p̄ eā denotat̄. Et si sic ē si sibi dicat. reuelo tibi istā ꝓpōnē: tm̄ de numero istorū iste q̄ cras peccabit mortal̄r saluabit̄. Quātū ad ꝓpositū

Ad primam.

Ad secundā.

Ad terciam.

Ad terciā formā de amitteri tij p̄n.

Ad quartam.

Ad quītam.

Ad sextam.

est cõcedẽdũ: ⁊ quãtũ ad materiã est negã
dũ postea. Et facta tali reuelatiõe: ipã pro
positio reuelata quoties ꝓponif: est cõce
dẽda. ⁊ oẽ sequẽs ex ea simplr̃ ꝯña forma
li est cõcedẽdũ. ad oẽ aũt qð nõ seqtur ex
ea nisi ꝯña vt nũc: rñdendũ est sicut ad im
pertinẽs: qꝛ ꝯña vt nũc dꝫ negari ĩ illa ar
te. Istis suppositis distiguo de casu: qꝛ vel
deus reuelando istã sorti: tãtũ ille saluabi
tur de numero istoꝝ / q̃ cras peccabit mor
taliter: deposuit sibi ꝓpões pri⁹ positas
cuilibꝫ christiano ex lege cõi: vl' vult ꝙ vna
cũ alijs ponaf: sicut oẽs prius posite cuili
bet christiano: cuiusmodi sunt iste: q̃libet
christian⁹ dꝫ velle actu vel habitu se salua
ri: ⁊ ꝙ dꝫ velle oẽ illud qð credit eẽ neces-
sariũ ad salutẽ suã: ⁊ ꝙ nullus dꝫ peccare
mortaliter. ⁊ hmõi. itq de⁹ istas pri⁹ posi-
tas vult stare in sui rõne: ⁊ sl' cũ ipsis ma-
nẽtib⁹ in eadẽ ꝑfixione ponit sibi de nouo
illã. Si dicaf scðm: vꝫ ꝙ casus debet itelli
gi ꝙ vna copulatiua sit posita sorti: q̃ sit
talis: tñ ille saluabif q̃ cras peccabit mor
taliter. ⁊ sortes nõ vult peccare mortaliter
sed vult se saluari: ⁊ vult oẽ qð credit esse
necessariũ ad salutẽ suam: ⁊ dꝫ credere ꝙ
peccare mortaliter sit necessariũ ad salutẽ
Videf ꝙ hoc ponere sit impossibile: ⁊ per
ꝯñs nõ dꝫ poni rõnabiliter ipi sorti sub le
ge. Si aũt casus intelligaf primo modo. s.
ꝙ deus reuelãdo istã: tãtũ ille saluabif q̃
cras peccabit mortalr̃: deponat quãcũqꝫ
isti repugnãtẽ: ⁊ abroget legẽ statutã de
repugnãtibus ad illã; vel saltẽ dispẽset cũ
sorte quo ad legẽ ꝓpositionũ repugnãtiũ
isti ꝓpositioni de nouo posite sorti. Casus
est possibilis: ⁊ ꝯñter cõcedendũ est ꝙ sor
tes non vult se saluari. si tñ illa dispensef
quilibet homo dꝫ se velle saluari; ⁊ tñ nõ
peccat mortaliter: qꝛ lex est mutata. nunc
cõcedendũ est ꝙ sortes vult cras peccare
mortaliter: ⁊ tñ nũc nõ peccat mortalr̃: qꝛ
illa ꝓpõ est deposita. i. ꝑfixa vt sustineaf
tãꝙ falsum. Volẽs peccare mortaliter pec
cat mortaliter. ⁊ iõ hec ꝯña est neganda:
sortes vult nunc peccare mortaliter: ḡ pec
cat mor. ⁊ sic nullũ seqtur incõueniens ad
Ad septimã formã. argumẽtũ. Ad septimã formã qñ dr̃: re
uelet deus sorti ꝙ non saluabif nisi p con
tritionẽ ⁊c. Dico ꝙ nõ potest illud reuela
re sorti: nisi dispẽset de aliqua lege statuta
modo p ipsum: qꝛ repugnat legi statute:
statuit eñ ꝙ nullus homo debet velle pec
care mortalr̃: ⁊ ꝙ debet velle oẽm viã ⁊ oẽ
mediũ necessariũ ad salutẽ. ⁊ cũ deus non
possit statuere duo ꝯdictoria esse simul ve
ra: ideo casus nõ est admittẽd⁹. Ad octa Ad octauũ.
uũ qñ ꝓbatur ꝙ homo põt necessitari ab
aliquo extrinseco ad peccandũ: nego illud
omnino. qꝛ q̃cq̃d est illud ad quod hõ ne-
cessitatur: illud nõ est sibi imputabile ad
pctm̃: accipiendo pctm̃ ꝓprie ⁊ stricte. Si
autem possibile foret ꝙ aliq̃s esset in tali
necessitate: ꝙ vel deberet furari vel occide
re hoĩem: si casus sit possibilis: certe debe
ret eligere furari: tunc dico ꝙ nõ peccaret
furando: qꝛ eo posito ꝙ esset necessitatus
ad alterũ istoꝝ: nullo mõ foret pctm̃. Con
tra. facit ꝯ ꝑceptũ. Negatur: qꝛ intelligif Replica.
preceptũ extra necessitatẽ. vnde sensus est
nõ furaberis. i. nõ spõte vl' volũtarie fura Rñsio.
beris: qꝛ in oĩ precepto negatiuo ꝓhibef
actus volũtatis: ⁊ nõ solum actus exteri-
or. Ex hoc patet ad auctoritates canonis
Utrũ aũt aliquis debeat peccare venialr̃
vt alius vitet pctm̃ mortale: al's videbif.
Ad nonũ qñ dicitur: reuelet tibi de⁹ ꝙ pla
to interficiet te: nisi assenseris ei in homi- Ad nonum.
cidio ⁊c. Dico breuiter ꝙ si fiat necessitas
ad eligendũ alterũ istoꝝ: plato interficiet
sortem: si nulla alia reuelatio specialis fie-
ret mihi cũ ista: eligã ꝙ plato interficiat
sortẽ. Et qñ arguif. ergo assentis ꝙ peccet
morta liter. Concedo. ⁊ dico ꝙ nõ est pec-
catũ mortale semper assentire ꝙ hõ peccet
mortaliter: immo iuuare liceret in casu ad
hoc ꝙ peccaret mortaliter minori pctõ ad
vitandũ maius. Ad hoc sunt auctoritates
⁊ prio Gratiani di. xiij. in pri. dicẽtis. Itẽ
aduersus naturale ius nulla dispẽsatio ad
mittif: nisi forte duo mala ita vrgeãt; vt al
terũ eoꝝ necesse sit eligi. Et sequẽti caplo.
scꝫ duo mala. Licet enim mala cautissime
sint precauẽda: tñ si periculi necessitas vnũ
ex his perpetrare cõpulerit: id debemus
resoluere qð minori nexu noscitur obliga
ri. Cõsequẽter. iij. c. ⁊ est Greg. moral. xxxv
Suggestio diaboli plerosqꝫ peccare facit:
quaten⁹ si fortasse fugere pctm̃ appetunt;
hoc sine alio peccati laqueo non euadant.
Cõtrariũ huic dicit Hug. de libe. arbi. li. Cõtrarium.
iij. c. xxviij. Hoc breuissime tene: q̃ten⁹ ista
cã ẽ volũtatis: si ei nõ põt resisti sine pctõ
ei cedaf. si aũt põt: ei nõ cedaf. ⁊ non pec-
cat. an forte fallit incautũ. ḡ caueat ne fal
latur, vbi tanta fallacia est; vt caueri omno

non possit si ita est: nulla pctā sunt: q̄s enī
peccat cōmittēdo qḋ nullo mō vitari pos-
Ad decimum fit: ꝫ ille. Ad decimū de dn̄o ⁊ famulo ⁊c.
Dico sicut ad pcedēs: ꝙ si possibile sit ali
quē sic necessitari: nō peccat in eligēdo mi
nꝰ icōueniēs: ſꝫ peccaret in eligēdo maiꝰ.
Unde posito casu necessitatis: non peccat.
Ad vndeci. Ad vndecimum: qḋ fuit de iudice an de
beat iudicare ꝫm allegata ⁊c. si tn̄ sint con
tra ꝯsciam ⁊ veritatē quā nouerit notitia
certa. rn̄det ꝙ dꝫ trāsmittere ad supiorem
⁊ si nō possit nec differre iudiciū/ nec per
aliā aliquā cautelā iudiciū declinare: dꝫ fa
cere iudiciū ꝫm allegata ⁊ probata contra
sciētiā ꝓpriā: qꝛ ille actus sentētiādi nō est
nisi actionis deductio corā eo iudicialiter.
nec est reus iniurie q̄ fit iudicato: sed falsi
Ad. xij actores ⁊ falsi testes. Ad aliud de illo q̄
viuit cum vsurario ⁊c. in necessitate talis
consentit ꝙ alius det vsurā siue cōmittat:
cōcedo: nec tn̄ peccat: sed facit ad vitandū
maius malū. Pōt etiam dici ꝙ talis nō as
sentit vsuris simpliciter: sed ꝫm quid: ⁊ sic
de alijs casibus precedētibus. Sed contra
hoc videt esse ꝓcessus Aristo. iij. Ethicoꝝ.
vbi inquirit vtꝝ opationes facte ex timo-
re/ sint volūtarie an inuolūtarie: sicut ꝓij-
cere merces in mare imminente piculo: ⁊ di
cit ꝙ simpliciter loquēdo sunt voluntarie:
ſꝫ vidētur mixte ex voluntario ⁊ nō volun
tario. cuius ratio est: qꝛ cōsideratis parti-
cularibꝰ circūstātijs facti: illud preeligitur
ideo simpliciter loquendo sunt voluntarie
qꝛ operationes ꝫm particulares circūstan
Ad. xiij tias specificari debēt. Ad decimūtertium
de soz. ⁊ pla. existentibꝰ ⁊ in extrema neces
sitate habētibꝰ vnū panē ⁊c. ptꝫ ꝑ predicta
ꝙ homo dꝫ facere aliquā cautelā ad deci-
piendū aliū anteq̄ ipse moriat: nec neces-
Alia responsio. sitatur. Uel aliter pōt dici ꝙ non licet nec
sorti nec platoni nec cuiq̄ cū iniuria alteri
us saluare vitam suam. vnde pro casu isto
licet sorti auferre panē: qꝛ ex casu panis est
vtriusq̄ cōmunis. vnde sortes auferendo pa
nē/ aufert qḋ suū est: sed certe nō licet sibi
inferre violentiā proximo suo: nisi tātū vi
Replica. vim repellendo. Si dicat ꝫ: si q̄s vellet mi
hi auferre cucullā: licet mihi vivi repellere
sed panis est meus ꝑ casum ꝓpter necessi-
Rn̄sio. tatem. Rn̄deo ꝙ nō est simile de cuculla q̄
est ꝑsonaliter res tua: ⁊ de pane isto qui ex
casu est tuus si possis eū habere: hoc est di-
ctum/ iuste potes eum recipere: sed qꝛ pla.

habet equalē iustitiā sicut tu: ideo apponē
do diligentiā vt panem habeat sine graua-
mine persone tue: nullam tibi infert iniuri-
am. ⁊ ideo potes omni via tibi possibili ꝓ-
curare ꝙ panis a te habeat: dūmodo nō fa
cis iniuriā. his visis facile ē euadere supra
dicta. Sed cōtra hoc pōt argui mutādo ca Replica.
sum: ponat ꝙ plato sit ꝓpinquior pani vł
fortior: ita ꝙ soz. non possit attigere ad pa
nē: nisi interficiat platonē. Tunc arguitur
sic. sortes tenetur saluare vitā suā: ergo te-
netur velle mediū necessarium scitū esse ta
le ad vitā suā. sed nullū est nisi occisio pla-
tonis: ergo tenet eū occidere. Preterea ipe Scḋa.
tenet accipere panē si possit: sed si aufert:
occidit plato. ita efficaciter ac si iugularet
eū gladio: qꝛ ab illo pane conseruatur vita
tota platonis. ergo tenet quacūq̄ via da-
ta occidere platonē ⁊ licite. Preterea plato Tertia
vult eū occidere: ⁊ hoc sibi constat: ꝫ tenet
defendere vitam suā etiam sine necessitate
ꝫm oīa iura. ergo sine pctō ⁊ sine necessita
te pōt platonē interficere: qꝛ non est alia
via defendendi. Ad primā cū dicitur: te- Ad primam.
netur. ergo ⁊c. cōsequētia negat. sed opor-
tet addere ꝙ mediū sibi sit licitū. qḋ nō est
verū in casu. Ad scḋam cōcedo ātecedēs Ad secundā.
⁊ ꝯn̄s: qꝛ licet eū occidere ꝑ vnā viā: ⁊ non
per aliā. Nec est equalis ratio q̄re pōt vnū
fieri iuste ⁊ aliud nō. Ad tertiā patet: qꝛ Ad tertiam.
nō licꝫ homini defendere nisi qn̄ aliq̄s niti
tur iniuste auferre: qḋ nō est verū in ꝓpo-
sito: ⁊ ideo nō cadit hic vi vim repellere: sic
ut dictū est superius. Adhuc probat ꝙ vo- Replicat forti
lūtas creata pōt necessitari ad volendū ali
quid: ꝓbat hoc ꝑ duas propositiōes. Pri- ꝰ per alias
ma est: ꝙ omnis volūtas creata est finita ꝓpōes
intensiue. Scḋa est ꝙ aliqḋ bonū difficul- Prima
tat volūtatē: ⁊ etiā malū intantū ꝙ non Scḋa.
pōt illud velle. Prima ꝓpositio satis pꝫ ꝑ Proba
experientiā ⁊ auctoritatē Ansel. Per expe- tur pri
rientiam primo: experimur enī in malis: qꝛ ma.
sentimus: ꝙ nimis difficile ē ea acceptare Proba
vel velle. Unde multo magis difficile ē vel tur au
le intrare ignē: q̄ velle intrare rorē: velle ctorita
bibere fel ꝙ velle bibere aquā. Ad hoc etiā te.
est auctoritas Anß. de libero arbitrio ca. vj
Frater: oportet nos aliqn̄ sic premi tētatio
nibus: vt sine difficultate nō valemus fu-
gere siue nolle quod suggerunt. Unde cer-
tum est ꝙ ipse vult ꝙ tentationes inferūt
difficultates resistēdi ipsi volūtati. Ex his
ꝓbat intētum: qꝛ ex quo voluntas creata

est finita tētatio: intātū poterit intēdi: q̄
Proba excedet volūtatē respectu nolle. Secundo
tur se etiā pbat: q: volūtas pōt pfirmari in bo
cūdo p no: et obstinari i malo. Et de facto ita erit
positio de omni volūtate creata. igit oīs volūtas
pōt necessitari. Antecedens satis p3. qm̄
vt volūt oēs doctores: angelus bonus nō
pōt peccare: non tn̄ ex natura: sed ex grā
dei. Nā vt dicit Aug. enchiriō. c. xi. in fine
Ad mutationē ad malum repugnat grā
nō natura in bonis. Accipio igit gratiam
que est in mente beati: et volo q̄ deus po
nat eā in mente viatoris. Si igit ista gra
tia necessitat mentē beati ad bene volēdū
et mentē istius viatoris necessitabit. Cōse
quētia patet: q: eīa sunt paria: q: ponit
Tertio q̄ mētes sint equalis virtutis. Tertio ar
guo sic. pono q̄ deus aliquā voluntatem
ponat in maxima pena. quo facto: aut vo
lūtas talis pōt eā velle: aut necessitat ad
eā nolendā. Si primū: igit voluntas pōt
facere q̄ illud afflictiuum nō foret sibi pe
nale: et sic homo existens in maximo igne
posset facere p suā voluntatē q̄ non foret
sibi penalis. Ista pña p3 p Anselmum de
Proba pceptu virginali. ca. iiij. Nihil est penale
tur pña alicui: nisi qd̄ est cōtra voluntatē eius. Si
scdm̄: habeo ppositū: q̄ est dare aliqd̄ ob
iectū p qd̄ volūtas necessitabit ad nolen
dū vel respuendū si sibi offerat. Cōfirmat
Cōfir ista ratio: q: si oēm penā pōt volūtas acce
matur. ptare: ipsa pōt velle dānari eternaliter: et
similr nolle beatitudinē. Cōseqnēs est fal
sum. Enchiriō. c. iiij. Neqz culpanda erit
volūtas. Aut volūtas libera nō est dicen
da qua beati esse sic volum9: vt esse miseri
Quar nō solū nolimus: sz nec pcrsus velle pos
to. simus. Quarto sic: habitus diminuit de
indifferētia volūtatis. nā habitus volun
tatē inclinat mō nature determinate ad
cōsimilē operationē illis p quas generabat
ergo intēsior habitus intēsius inclinat: g
cū volūtas i sua indifferētia sit virtutis et
potētie finite: est inuenire habitū q̄ neces
sitaret volūtatē cū notitia obiecti: et alijs
circūstantijs extrinsecis reqsitis. Cōfir
Cōfir mat ista rō p btm̄ Aug. viij. de pfes. vbi vi
matur det dicere q̄ in malis hoibus ex cōsuetu
dine pūersa viuēdi generat vn9 habitus:
qui necessitat hoiem ad male vitioseqz vi
uendū. dicit em̄ sic. Uelle meū tenebat ini
micus: et inde mihi catenam fecerat: et con
strinxerat me. Quippe ex volūtate pūersa
facta est libido: et dū seruit libidini: facta
est psuetudo. et dū cōsuetudini nō resistit:
facta est necessitas. hec ille. Et nota quo
modo dicat in principio auctoritatis. Uel
le meum tenebat inimicus. Et post pauca.
Uolūtas autē noua que mihi esse ceperat
vt te gratis colerem: fruiqz vellem: deus
sola certa iocūditas nondū erat idonea ad
superandā priorē vetustate roboratā. Ita
due voluntates mee: vna vet9: alia noua: il
la carnalis: illa spiritualis cōfligebant in
ter seatqz discordādo dissipabant animā
meā. Sic intelligebā in meipso experimēto
id quod legerā: quō caro concupisceret ad
uersus spm̄: et spūs aduersus carnem. Ego
qdē in vtroqz: sed magis ego in eo qd̄ i me
approbabā: q̄ in eo quod i eo improbabā.
Ibi em̄ magis iā nō ego: q: ex magna par
te id patiebar inuitus: q̄ faciebam volens.
Sed tn̄ cōsuetudo aduersus me pugnaci
or ex me facta erat: qm̄ volēs quo nollē p
uenerā. Et qs iure cōtradiceret: cū peccan
tē iusta pena seqretur. Itē iuxta finē capi
tuli. Lex em̄ peccati est violētia cōsuetudi
nis: qua trahit et tenet etiā inuitus anim9 Quīto
eo merito quo in eā volēs illabit. Quin
to vna cōplexio magis inclinat ad volēdū
aliqd̄ volibile q̄ alia: sicut cholericus ma
gis inclinatur ad vindictā p facili iniuria
q̄ sanguineus ceteris paribus. Uel aliud
exēplū pōt inueniri ad talē gradū intēsio
nis: q̄ approximatis obiectis cū notitia: et
alijs q̄ naturaliter reqrūtur siue ab extra
siue ab intra: q̄ volūtas naturaliter et sine
indifferentia vel electiue fert in illa. Cōfir
matur istud experimēto. nā hō in estate la
borās necessitat bibere velle: et hō fameli
cus nō libere esurit: imo velit nolit nō est
in ptāte sua nō appetere cibū. q: si sic: faci
liter posset hō nō esurire et non sitire qn̄ si
bi placeret. pñs falsum et ptra experiētiā.
Sexto arguit sic. magnitudo tpis dimi Sexto
nuit de reatu quē tentat9 meruit si cadat.
ista ppō ē euidēs. nā ceteris pibus si duo
peccēt: vn9 tētatiōe ex īpugnatiōe ab ex
trinseco: et ali9 ex libera electiōe sola: scd's
grauiꝰ peccat. Et h assignat rō qre pctm̄
pmi hoīs fuit magꝰ remissibile: nō aūt an
geli. Nā hō cecidit p suasionē diaboli: an
gelus aūt de spōtanea malitia. Septio Septi
pōt argui: q: tētatio pōt excedere volūtatē mo.
cū volūtas sit firma. Cōfirmat ista rō per
Greg. ix. mo. ca. iij. vbi inquit. Misericor

de⁹ cū virib⁹ tētamēta modificet. Nullus
pfecto ē q̄ malignoꝝ īſidias nō corruēs
portet: q2 ſi mēſurā tētatiōis nō pbet: eo
ipſo ſtāte ptinus deijcit: quo vltra vires
Ad decimum qrtum princi. onera īpoſuit. Ad decimūquartū pncipale ⁊ vltimū qn̄ arguit. ſi volūtas foret
libera ⁊c. ꝯcedo ꝯn̄am ⁊ ꝯn̄s. ⁊ ad argumēta q̄ pbāt falſitatē ꝯn̄tis: rn̄deo ad pmā
Ad pri mā formam. formā qn̄ arguit tūc ī eadē aīa ſil' foret delectatio ⁊ triſtitia. Probat ꝯn̄a: q2 opatio
virtuoſi perficit p delectatiōem: ſ3 opatio
pnīe eſt triſtari. Dico ſicut rn̄ſum eſt ī argumēto: ꝙ dolor eſt de pctō: ⁊ gaudiū eſt
de dolore: ⁊ ſic nō ſunt reſpectu eiuſdē obiecti. Addo etiā ꝑnunc: q2 al's de hoc fiet
ſermo: ꝙ actus pnīe ē vna aggregatio diuerſoꝝ actuū ſuccedētiū ſibi in aīa. Nam
prio hō perpēdit feditatē peccati ⁊ ingratitudinē ſuā ad deū: ⁊ ſic iudicat ꝙ dolendū ē ꝙ ſic ſe habuerit ad deū. Etiā īperat
ſibiipſi ꝙ doleat. Cōſiderās etiā ꝙ iſte dolor eſt deo accept⁹: incipit gaudere de iſto
dolore: hn̄s memoriā de dolore. Un̄ nō pono ꝙ gaudet de dolore qn̄ dolet: ſ3 poſtꝗ̄ doluit qn̄ nō dolet: h3 tn̄ memoriā recētē doloris ⁊ cognitionē de dolore. ſicut
dicit btūs Aug. x cōfeſſionū. Letatū me
fuiſſe reminiſco: nō letus: ⁊ triſtitiā meā
recordor nō triſtis ⁊c. Quia tn̄ iſta in breui valde tpe ſiūt: vr̄ homini ac ſi ſil' gauderet ⁊ doleret: delectaret ⁊ triſtaret ꝑpt
imperfectionē tpis. Tūc ad formā quā ſic
arguit. Agit virtuoſe: ergo delectat. Cōſequētia nō valet ſ3 pħm. iij. Ethi. ca. xviij.
in fine. vbi dicit ꝙ nō oēs opatiōes virtutū ſunt delectabiles. Nā non requirit ꝙ
fortis ī opatione forti delectet: ſ3 ſufficit
Ad vltimā. ꝙ non triſtet. Per iſtā p3 ad oēs formas:
preterꝗ̄ ad iſtā. ſ. ad vltimā q̄ fuit dictū
Anſelmi de ꝯceptu virginali. c. iiij. Nullū
volūtariū eſt penale voluntati cū pena ſit
volūtaria: ſequit igit ꝙ nulla pena eſt penalis. Ad iſtud dr̄ ꝙ aliq̄d pōt dici volun
Voluntariū capit dupl'r. tariū dupliciter. Uno mō denoīatiue a volitione naturali: que nata eſt cauſari a voluntate ⁊ cognitione ſenſitiua: ⁊ talis volitio ſemp eſt affectio cōmodi. Alio mō a
volitione rationali: q̄ eſt cauſata a cognitione diſcretiua ⁊ volūtate ⁊ volitiōe. Primo mō eſt maior vera: ⁊ iſte eſt intellect⁹
Anſelmi. Scd̄o modo eſt minor vera: ⁊ ſic
dicimus ꝙ pnīa eſt voluntaria. Unde Anſelmus qn̄ dicit ꝙ nihil eſt penale niſi qd̄
eſt ꝯ volūtatē: accipit ibi volūtatē nō pro
inſtrumēto volēdi: ſ3 p affectione cōmodi
ſm̄ ſuū modū loquēdi. Et ſic in forma arguēdi equocat de volūtate: ⁊ iō diſcurſus
nō ꝯcludit: ⁊ ſic q̄ſtio totaliter terminat.

Queritur vlteri⁹ A Qō. iiij Primū princi. ri⁹ vtrū viator teneat frui
ſolo deo? Et videt ꝙ nō: q2
hō pōt meritorie nolle frui
deo. ergo ⁊c. Conſequentia
videtur bona: q2 p actum repugnantē alicui actui cui hō tenet: non pōt neceſſitari
Ant̄s ꝑbat: q2 ponit ꝙ ſortes videat platonē in extrema neceſſitate: ⁊ ꝙ eū poſſit
iuuare ſi apponat diligētiā maximā. quo
poſito arguit ſic. ſortes pōt meritorie velle iuuare platonē: īmo tenet ad hoc: ḡ poteſt meritorie nō velle frui deo. Conſequētia p3: q2 nō pōt iuuare platonē niſi dimittat fruitionē dei: q2 non pōt eū iuuare
Rn̄ſio niſi dimittat cogitationē de deo: ⁊ p ꝯn̄s
Replica pma fruitionē. Pōt dici ad iſtud ꝙ in tali caſu
cōcedendū eſt ꝙ ſortes pōt dimittere fruitionē dei: vt iuuet primū. Cōtra iſtud arguo ſic. ſi iſta rn̄ſio eēt bona: ſeq̄ret ꝙ hō
in caſu teneret dimittere operationē pfectiorē vel forte pfectiſſimā in hac vita propter minus pfectā: quod videt irrationabile. nā nullus ſapiēs eligit minus bonū
omiſſo magis bono. Conſequētia p3: q2
fruitio dei dicit eſſe pfectiſſima viatorum
opatio: ⁊ maxime cōformis operatiōi beatorum. Secūdo ſi reſpōſio data ſit bona: Scd̄o.
ſequit ꝙ aliq̄s viator teneret nunꝗ̄ frui
deo. cōſequēs videt eſſe incōueniēs. Cōſequētiam ꝑbo ſic: ſit aliquis adultus accedēs ad baptiſmū: et informet ante ſuſceptionē baptiſmi in operib⁹ pietatis ſufficiēter. volo tūc ꝙ poſt baptiſmū īmediate
occurrat caſus talis neceſſitatis ꝑximi: q̄
req̄rat diligētiā ipſi⁹ baptizati p vnā horā: qua terminata occurrat caſus cōſimilis. ſi igit talis nō viuat niſi per vnū diem
⁊ ſic eueniat ſingulis horis ipſius diei: ſeq̄tur ꝙ talis nunꝗ̄ tenet frui deo. Iſtā conſequētiā ꝑbo ſic: q2 in prima hora tenebatur nō frui deo p rōnē: nec in ſcd̄a: nec in
tertia ⁊c. ḡ p totū diē tenebat nō frui deo
ſed p illā ſolā diē vixit: ḡ p totā vitam ſuā
non tenebatur diligere deum ſup omnia: Confirmatur
quod eſt frui deo. Confirmatur iſta ratio:
quia ſi ſortes tenetur frui deo: quero quo

tēpore nō hodie nec cras: ⁊ sic de singulis
igiť nūq̄ teneť: ⁊ si nō teneť hodie: ergo
si nō fruatur hodie nō peccat. Si dicať ꝙ
Rñsio. teneť aliquo die certo. Cōtra. ergo oīs hō
Replica. teneť illo die. ptꝫ qꝛ preceptū est equali-
ter datum oībus. igitur si ligat istū ꝓ isto
die: pari rōne quēlibet hoīeꝫ: ꝯñs falsum
qꝛ quocūq̄ tp̄e dato: pōt homo licite tūc
dormire: nisi habeat speciale p̄ceptū sibi
Secūdū principale. factū ꝙ hoc nō faciat. Secundo princi-
paliter. si sic: homo teneret ad actum infi
nite perfectionis intēsiue. ꝯñs falsum: q̄a
actū ꝑfectionis talis nullus pōt recipere
nec efficere. ꝯña ptꝫ: qꝛ cognoscere deū est
in infinitū ꝑfecti⁹ intensiue q̄ȝ cognoscere
lapidē: ergo delectatio dei cōsimiliter. cō-
sequētia ptꝫ: qꝛ delectatio vel est cognitio
vel p̄supponit cognitionē. Assumptū pro
bať: videlicet ꝙ cognitio dei sit in infini-
tū ꝑfectior q̄ȝ cognitio lapidis: qꝛ ꝑfectio
ris obiecti ꝑfectior ē cognitio. scđo de aīa
Vñ cōmētator cōmēto p̄io. Artes nō dif
ferūt ab inuicē nisi altero illorū duorum
modorū. Verbi gratia: qꝛ geometria exce-
dit astronomiā cōsideratione demonstra
tionis. Astrologia aūt excedit illā nobili-
tate subiecti. Quero igiť tunc an cognitio
dei est infinita ītēsiue an nō: si sic: habeo
propositū. si nō: igiť solū finita. ergo exce
dit cognitionē lapidis in ꝓportione fini-
ta. sit ꝙ in centuplo: creet deus vnū aliū
lapidem perfectiorē isto in cētuplo: ⁊ tūc
ptꝫ deducendo/ ꝙ cognitio dei ⁊ lapidis
erūt eq̄les intēsiue: ⁊ per ꝯñs obiectū erit
equale obiecto vel deo: qđ est impossibile
Tertiū prin. Tertio principaliter: si sic: beatus teneť
frui deo. ꝯñs est falsum. Nam beatus non
fruiť. qđ ꝓbo. nā si sic: ergo diligeret sup
oīa illud qđ modo hꝫ: ⁊ sic anima btā ni-
hil plus desideraret nec diligeret q̄ȝ deū
quē modo hꝫ. ꝯñs est falsum. nam demon
strata tota multitudine btōꝝ futura vna
cū deo que sit a: ⁊ arguo sic. beatus plus
diligit a q̄ȝ deū: ergo nō diligit deū super
oīa. antecedēs ꝓbať: qꝛ habito deo desi-
Secunda forma pro eodem. derauit a: ⁊ nō habuit a: igiť diligit plus
a q̄ȝ aliq̄d ip̄si⁹ a. ergo plus q̄ȝ deū. Pre-
terea si beatus fruiť deo: igiť nihil potest
velle nisi quod videt deū velle. ⁊ vltra. er-
go sancti non possunt orare pro nobis. cō
sequēs est falsum: ꝯña ptꝫ: qꝛ si orēt ꝓ no
bis: vel igiť petūt fieri circa nos qđ sciūt
deū velle fieri circa nos: vel q̄ dubitant ⁊
nesciūt deū velle fieri circa nos. si p̄mū: igiť
deū frustra orāt siue petūt: ex quo pu⁹ vi
dent hoc faciēdū. Si scđm: igiť desiderāt
aliq̄d fieri circa nos: de quo dubitāt an de
beat fieri: igiť nō sunt beati. Nā btūs est
qui hꝫ quicquid vult: ⁊ nihil male vult ſm
Aug. xiij. de tri. c. v. Similiter si petūt fie-
ri illud de quo nesciūt an deus decreuerit
hoc faciendū: igiť exponūt se periculo in
petendo illud de quo nesciūt an deo place
at an displiceat. Preterea si orant ꝓ no- Tertio
bis: igiť de necessitate saluabimur. probo
ꝯñam: qꝛ nihil petūt nisi qđ sciūt deū vel-
le. qꝛ al's exponerēt se periculo ⁊ errori: vt
argutū est. ponať ergo ꝙ petr⁹ orauit he
ri ꝓ sorte: hec est mō necessaria: petr⁹ he-
ri orauit ꝓ sorte vt esset saluatus: ergo vi-
dit ꝙ deus vult ipsum saluari. ergo sicut
hec est mō necessaria: petr⁹ heri orauit ꝓ
sorte. ita hec est necessaria: deus voluit sor
tem saluari: qꝛ añs est necessariū ⁊ ꝯña ne
cessaria: igiť ⁊ ꝯñs. ⁊ vltra. ergo hec est ne Cōfirmatur
cessaria: sortes saluabiť. Cōfirmať istud
argumētū ꝑ magi. li. iiij. di. xlv. c. ij. vbi di
cit. Adeo sunt diuine voluntati addicti: vt
nihil possint ꝯ eius voluntatem orare aut
velle. ⁊ infra. c. xij. Oramus igiť vt interce
dāt ꝓ nobis. i. vt merita eoꝝ nobis suffra
genť: ⁊ vt ipsi velint bonū nostrū: qꝛ volē Quartū p̄n.
tibus eis de⁹ vult ⁊ ita fiet. Quarto p̄n-
cipaliter. Obiectum fruitionis est aliud
a deo: ergo ⁊c. añs ꝓbo: qꝛ idē est obiectū
fruitionis sequētis ⁊ desiderij precedētis
sed de⁹ mō non est obiectū desiderij viato
rū. Tum qꝛ obiectū desiderij est aliq̄d fu-
turū: puta habere deū vł vniri deo: sꝫ vni
ri deo nō est de⁹. Tū qꝛ idē ē obiectū dele
ctationis beati ⁊ fruitionis: sꝫ obiectū de
lectationis est hr̄e deū. Delectať eñ beat⁹
nō īmediate ⁊ p̄cipue in deo: sꝫ in hr̄e deū
Cōfirmať ista ratio ꝑ Aug. xiij. de tri. c. v.
Oēs hoīes beati esse volūt: illudq̄ȝ vnum Confirmatur
ardētissimo amore appetūt: ⁊ ꝓpter hͦ ce-
tera q̄cūq̄ȝ appetūt. sed esse beatū non est
de⁹: ergo aliud a deo ardētissimo amore di
ligiť. igiť super oīa ⁊ ꝓpter illud oīa alia.
Quinto principaliter. Aliud a deo est eq̄ Quītū princi.
liter diligēdū sicut deus: igitur viator nō
tenetur frui solo deo. añs ꝓbo. qꝛ accipio
creaturā summe diligendā a sorte: q̄ sit a:
⁊ diligat sortē a/ tāta dilectione quāta te
neť: q̄ sit b. ⁊ sit dilectio q̄ sortes diligit
c: tūc arguitur sic. c est dilectio finita: et b

ſilr: ꝛ p te cē maioꝛ b: igiꝫ in pꝛopoꝛtione
finita. ſit gr̄a exēpli ꝙ ī decupla: creet er-
go de⁹ vnā creaturā decuple bonitatis ad
creaturā datam: igiꝫ illa pōt diligi rōna-
biliter in decuplo plus ꝙ̄ creatura data:
ſꝫ tm̄ pciſe diligiꝫ de⁹: igiꝫ eſt dare aliquā
creaturā tanta dilectione diligēdā a ſoꝛte
quāta diligi dꝫ de⁹: ſed quacūq; creatura
poſſibili data: melioꝛ eſt aīa chꝛiſti vel hu
manitas chꝛiſti ſm Anſ. lib. ij. cur de⁹ hō
c. iiij. ꝟ illa eſt neceſſario equaliter diligen
Sextū da cū deo. Sexto pꝛincipaliter. fruitione
eſt fruēdā: ꝟ non ſolū deo. aīs pbo. quia
fruitio eſt diligenda. aut igiꝫ dilectione q̄
eſt ipſamet: vel alia. ſi ipſamet: ꝟ dilectiōe
eadē ꝛ eque intenſe diligendus eſt deus ꝛ
creatura. ergo ſi fruiꝫ: fruitur creatura vel
deo. ſi dilectio vni⁹ eſt fruitio: ꝛ dilectio al
teri⁹ eſt fruitio. Silr ſequiꝫ: fruitione dili
go fruitionē: ergo fruoꝛ fruitione: ꝛ vltra
ꝟ fruoꝛ creatura. Si fruitio ſit diligenda
alia dilectione: ꝟ ipſa exiſtente erit ſilr vna
alia dilectio. igiꝫ ponēda ē tertia dilectio
qua ſcḋa diligiꝫ: ꝛ q̄rta ꝛ q̄nta: ꝛ ſic ſtatu
ꝛ ſic infinite dilectiōes erūt ſilr: vel aliq̄ di
lectio erit nō dilecta: qḋ videꝫ incōueniēs
Iſtud argumentū pōt fieri de volūtate ꝛ
velle: ꝛ pōt fundari ſup hoc qḋ dicit Anſ.
de libero arbi. c. v. Oīs volēs vult ſuū vel-
Cōfir- le. Cōfirmaꝫ iſta rō: q: fruēte ſoꝛte deo: q̄
matur ro an teneꝫ diligere iſtā fruitionē ſiue dile
Pꝛimo ctionē equalr cū deo: an min⁹ vel magis:
ſi equaliter: habeo ppoſitū. ſi magis deū
ꝛ minus fruitionē: ergo magis teneꝫ dili-
gere deum ꝙ̄ frui deo: ſed frui deo eſt dili
gere deū: ergo magꝭ teneꝫ diligere deū ꝙ̄
Cōfir- diligere deū: qḋ includit ꝯdictionē. Cō-
matur firmaꝫ ſcḋo ſic. Significet a idem qḋ iſte
Scḋo. termin⁹ deus: ꝛ b fruitionē ſoꝛtis de deo:
tūc arguiꝫ ſic. ſoꝛtes magis teneꝫ diligere
a ꝙ̄ b: ergo magis teneꝫ velle a eſſe ꝙ̄ b eē
ꝟ citi⁹ deberet velle eſſe omne illud qḋ re-
pugnat ad b eſſe: ꝙ̄ aliq̄d quod repugnat
ad a eſſe: ſꝫ odiū dei repugnat ad b eſſe: er
go citius debet velle ſe odire deū ꝙ̄ velle
ſe odire deū: qḋ eſt impoſſibile: q: tunc dꝫ
ſimul odire deū ꝛ non odire deū: quod eſt
manifeſte ꝯdictio. Septimo pꝛincipali-
Septi ter. Aliquid aliud a deo pōt ſatiare appe
mū pn. titū: ergo aliud a deo poteſt eſſe obiectum
licite fruitionis. ꝯn̄a pbaꝫ per hoc ꝙ bo-
nū eſt: ꝛ licet hoī illud diligere ſup oīa qḋ
poteſt totū appetitū ſatiare: q: ad hoc fa-
cti ſumus. Unde Aug. pꝛimo confeſſionū
ca. j. Feciſti nos dn̄e ad te: ꝛ inquietum eſt
coꝛ noſtrū donec requieſcat in te ꝛc. Ante Pꝛoba
cedens pbaꝫ pꝛimo: q: mens nr̄a eſt virtu tur an-
tis ꝛ capacitatis finite. ergo per finitum tece-
pōt ſatiari. Scḋo ſic. ſicut de⁹ excedit ca- dens.
pacitatem mētis: ita coꝛpus eſt min⁹ capa Pꝛimo
citate mentis. ꝟ inter iſta duo eſt deuenire Scḋo.
ad aliq̄d equale ipſi mēti. Octauo princi Octa-
paliter. ſi teneoꝛ diligere deū ſup oīa: ergo uū pn.
debeo velle qḋ magis credo eē ad honoꝛē
dei. ꝯn̄s eſt falſum: q: ſic quocūq; caſu po
ſito: ſi opoꝛteret me eligere de duob⁹ exi-
ſtētib⁹ ad honoꝛē dei: deberē eligere illud
qḋ magꝭ crederē eē ad honoꝛē ſuū. ꝯn̄s eſt
falſum: q: ponaꝫ ꝙ reueleꝫ mihi ꝙ magꝭ
eēt ad honoꝛē dei: ꝙ decē alij eſſent ī cha-
ritate: ꝛ ego extra charitatē: ꝙ̄ ꝙ ego ſol⁹
eſſem in charitate: ꝛ alij decē extra chari-
tatē: vel ꝙ ego ſolus cōtinuarē finaliter
charitatē: ergo tūc magis deberē hoc vel-
le. ꝯn̄s falſum. Nono pncipalr. demon- Nonū
ſtrata tota latitudine conatus volūtatis pnci.
ipſi⁹ ſoꝛtꝭ: q̄ro vtrū teneꝫ diligere deū ſum
mo gradu iſti⁹ conat⁹: an licet ſibi diligere
q̄libet gradu iſti⁹ conat⁹. Si pꝛimū: igitur
ad impoſſibile teneꝫ. nā dilectio viatoꝛis
depēdet ex ꝟtutib⁹ oꝛganicis: ꝛ p ꝯn̄s fati
gabilib⁹: ꝟ ſi hō obligareꝫ ad diligendum
ſummo conatu: ſic ꝙ diligat deū p a tēp⁹
igiꝫ cū ꝟtutes oꝛganice ꝯtinue debiliteꝫ
nō poterit ita intenſe diligere in ſecūda
medietate tpis ſicut in pꝛia. igiꝫ obligaꝫ
ad īpoſſibile. ſilr hō grauat⁹ infirmitate/
nō pōt ita intēſe diligere deū ſicut ſanus:
ꝟ ad summū conatū null⁹ obligaꝫ. Si di-
caꝫ ꝙ q̄libet gradus latitudinis conatus
eſt homini licit⁹ citra ſummū: ꝛ q̄libet ta-
li gradu licet diligere creaturā: igiꝫ nō te-
neꝫ intēſi⁹ diligere deū ꝙ̄ diligere creatu
ram. ꝟ ſi eque intenſe diligat creaturā: nō
peccat. Cōfirmaꝫ iſta rō. q: pono ꝙ ali Cōfir-
q̄s de nō fruente fiat fruēs deo: fruitione matur
intēſa per partē aſi partē ꝯtinue: ꝛ ſit ſoꝛ-
tes gr̄a exēpli q̄ diligat ſe vel platonē di-
lectione debita pꝛimo: ꝛ ſit nūc inſtās in-
trinſecū iſti⁹ alterationis. ꝛ arguo ſic. ſoꝛ.
in infinitū magis intēſe diligit platonem
ꝙ̄ incipiat diligere deū: ꝛ tn̄ incipit meri-
toꝛie frui deo. igiꝫ licet ſoꝛti magis intēſe
diligere creaturā ꝙ̄ deū: ꝛ tūc fruiꝫ deo: ꝟ
nō eſt ꝯ pceptū ꝙ hō diligat creaturā ma
gis intēſe ꝙ̄ deū ꝛ maioꝛi conatu volun-

tatis. Añs ptz:q₂ quãtãcumq₃ gradus q̃
sortes diligit platonẽ sit modicus: casus
erit elapsus anteq̃ tãto vel equali gradu
diligat deũ. ergo non immediate post hoc
instãs diliget platonẽ tãto gradu. ⁊ sic pa
tet deductio. Uel sic pbaẽ añs: q₂ q̃cumq₃
gradu modico q̃ sortes diligit platonẽ ex-
cepto: tantũ tẽp⁹ erit elapsum: anteq̃ sor
tes tãto vel eq̃li diligat deũ. ergo nõ ĩme
diate post hoc instãs diligit sortes deũ ita
Decimũ pn. intẽse sicut platonẽ. ⁊ sic ptz deductio ea-
dẽ alijs vbis. Decimo principaliter. si hõ
teneaẽ ⁊c. seq̃tur q̃ hõ ex vi diuini p̃cepti
necessitaẽ ad peccandũ. ɔ̃ns est falsum: g̃
añs. ɔ̃ñam probo sic. sortes per preceptũ
tenetur frui deo: ergo teneẽ diligere deũ
toto corde tota anima ⁊c igitur teneẽ dili
gere deũ quantũ põt. fiat ergo. quo facto
de⁹ tribuit sibi maiorẽ grãm: igiẽ tũc ma-
gis teneẽ diligere q̃ prius: sed hoc est sibi
impossibile: g̃ ex oĩ beneficio collato hoĩ a
deo obligaẽ homo deo ad debitũ qđ non
est possibile sibi soluere. Siĩr cũ hõ magĩ
teneẽ deo cõtinue ꝓpter cõtinuationẽ sui
esse: hõ obligaẽ magis diligere deũ ⁊ ma-
gis. sed hoc nõ est hoĩ possibile: si in princi
Scđa forma. pio diligere teneaẽ ex toto corde. ergo ⁊c.
Preterea. aut hõ magĩ teneẽ diligere deũ
q̃ angelus: vel min⁹: vel eq̃liter. nõ min⁹:
nec eq̃liter: q₂ plus fecit ꝓ hoĩe q̃ ꝓ ange
lo. Nusq̃ eñ angelos apprehẽdit: sȝ semẽ
Abrae. ad Hebre. ij. Quia si angelum crea
uit: etiã hoĩem creauit ⁊ redemit. Si ma-
gis: ergo obligatur ad impossibile: q₂ an-
Tertia gel⁹ hȝ meliora naturalia. Preterea q̃ro
vtrũ aĩa christi plus teneẽ diligere deũ q̃
aĩa sortis (sit sortes vn⁹ viator) an non? si
nõ: cõtra. de⁹ multo plus fecit ꝓ aĩa chri-
sti. ⁊ similiter aĩa christi diliget citra illud
qđ teneẽ. Si dicaẽ q̃ sic: aut ergo in infi-
nitũ plus: aut per finitum tm̃. si in infi-
nitũ plus: ergo aĩa christi teneẽ ad impos
sibile. Si per finitũ tm̃: sit gratia exẽpli q̃
in duplo plus. volo g̃ q̃ sortes peccet mor
taliter: ⁊ resurgat p grãm: q̃ facto sortes
pl⁹ teneẽ diligere deũ q̃ pri⁹. sit iste gra-
dus debiti a. peccet iterũ: ⁊ resurgat. g̃ cũ
scđo resipiscat: plus teneẽ diligere q̃ ante
q̃ peccauerit: ⁊ hoc p plus q̃ p gradũ eq̃
lem ipi a. q₂ sicut scđs casus est grauior ꝓ
pter recidiuũ q̃ prim⁹: ita scđa restitutio
grẽ est maior q̃ pria. sit igitur gradus au
ctus determinatus debiti istius secũdi b.

cadat tertio: ⁊ resurgat. tũc ergo pl⁹ tene
bitur in tertio q̃ in scđo. ⁊ sit iste gradus
debiti c. tunc a b c sic se habent: q̃ posteri
or excedit priorẽ. igitur p aliq̃s tales gra
dus cõtinget sorte equare debitũ diligen
di deum: quo debito aĩa christi teneẽ dili-
gere deũ. cõsequẽs est falsum: q₂ si sic: sor-
tes obligaẽ ad aliq̃d quod ipse nõ põt sol
uere: ⁊ hec sequunẽ ex vi legis diuine sta-
tute. Undecimo p̃ncipaliter. homo teneẽ Undecimum princi.
magis diligere seipm̃ q̃ deũ. ergo ⁊c. añs
probo. q₂ hoc est naturale hoĩ: sed qđ est
naturale homini: est a deo institutũ: ergo
ad hoc homo teneẽ. Confirmaẽ per illud Confirmatur.
x. Ethicorũ. Amicabilia que sunt ad alte-
rũ: psupponũt amicabilia que sunt ad se.
Unde. ix. Ethicorũ. ix. ca. homo ẽ maxime
amic⁹ sibipsi. Preterea. nisi homo ma- Scđa forma.
gis deberet se diligere q̃ deũ: sequereẽ q̃
homo magis deberet eligere adnihilatio
nẽ sui posita pplexitate: q̃ peccare morta
liter. ɔ̃ns est falsum. ɔ̃ña pbaẽ per Ansel
mũ primo cur de⁹ hõ. c. xij. ⁊ secũdo lib. c.
iiij. vbi vult q̃ si hõ esset in ista necessitate
q̃ totus mũdus ⁊ quicq̃d nõ est de⁹ peri-
ret aut tẽderet ad nihil: aut ipse aliq̃d mo
dicũ quodcũq₃ esset/faceret cõtra dei vo-
lũtatẽ: citi⁹ deberet eligere totũ pmittere
redigi ad nihilũ: q̃ peccare mortaliter. sȝ
ɔ̃ns est falsum: q₂ hoc esset maius malum
nã maius malũ esset adnihilatio aĩe chri-
sti vl' vite christi: q̃ peccare mortaliter ſm
oĩa pctã mũdi. maius bonũ fuit vita chri
sti: q̃ oĩa pctã mũdi fuerũt malũ. ergo ꝓ
vitando quocũq₃ peccato nõ deberet hõ
diligere adnihilationẽ aĩe vel vite christi.
ergo dictũ Anselmi nõ est verũ. Duode- Duodecimum pn.
cimo p̃ncipalr̃. si homo teneẽ frui deo ⁊c.
aut ergo equalr̃ post redemptionẽ ⁊ ante
aut nõ. si sic: tũc ergo talis ɔ̃salis nõ eẽt
vera: teneor diligere deũ sup oĩa: q₂ est re-
dẽptor. ɔ̃ns est falsum. Confirmaẽ ista ra
tio ⁊ pbaẽ: q₂ debem⁹ plus diligere hũa-
nitatẽ christi q̃ deũ ſm Anselmum libro
cur de⁹ hõ. c. xij si homo vel angelus post
pctm̃ originale liberasset hominẽ: oẽs ho
mines serui il'i⁹ angeli fuissent: imo tãtũ
vel plus obligati sibi fuissent q̃ deo. Tũ
q₂ nihil nobis nasci ꝓfuit: nisi redimi pro
fuisset ſm Gregoriũ. Tum q₂ vt multis vi
detur magis deberet hõ eligere: ⁊ melius
esset pro eo simplr̃ non esse q̃ semp dãna-
ri in inferno. ergo maius beneficiũ fuit re

dēptio ꝙ̄ creatio. sed nō min⁹ modo tene-
mur humanitati christi ꝙ̄ tāc si fuissemus
obligati angelo. ergo illi⁹ humanitatis ser
ui sum⁹. ⁊ ꝑ ꝯñs obligati ꝓ nostra redem
ptione: sꝫ nostra redēptio vt allegatū est: ē
maius bn̄ficiū ꝙ̄ creatio: ergo plus tene-
mur humanitati christi ꝓ redemptione: ꝙ̄
deo ꝓ quocū͡qꝫ alio. ergo tenemur illi sup
Cōfir- omnia. Cōfirmatur: q̄ illā humanitatē
matur debemus diligere super omnes creaturas.
cuius probatio est. q: debemus eā diligere
plusꝙ̄ nos ſm magistrū lib. iij. Sed nō de
bemus creaturas alias a nobis plusꝙ̄ nos
diligere: nec equaliter nobis. ergo debem⁹
humanitatem christi diligere plusꝙ̄ crea-
turas. igit̄ saltē aliqua duo: idest due q̄ in
Deci- christo sunt nature: magis sunt diligēde ꝙ̄
mūter deus. ¶ Decimotertio ꝑncipaliter. aliquis
tiū ꝑn. meritorie posito casu q̄ non repugnat legi
date: fruitur creatura: ergo nō tenet̄ dilige
re deū sup oia. ꝯñtia p3. antecedēs probo
pono ꝙ Petrus videat christū ⁊ Jacobū:
⁊ nesciat īter ipsos distīguere: sꝫ existimet
Jacobū eē christū: q̄ posito diligat sup oia
Jacobū: tūc arguit̄ sic. Petr⁹ diligit Ja-
cobū super omnia: ergo fruit̄ eo. ꝯsequen
tia est nota. antecedens p3 ex casu. ⁊ tamē
meritorie. igitur cōtigit frui creatura me-
ritorie. ꝙ meritorie hoc facit/ p3: q: ē igno
rantia inuincibilis: ergo nullo mō impedit
virtutem. ergo possibile est ꝙ homo fruat̄
Rn̄sio. creatura vel diabolo transfigurato meri-
torie. Dicit̄ ꝓ isto casu posito ꝙ Petr⁹ nō
Repli- fruit̄ Jacobo: sꝫ deo. q: hūc esse deū existi-
ca. mat. Sꝫ istud nō valet: nec videt̄ verum.
Nā arguo sic. Istū diligit super oia: iste est
Jacob⁹: ergo Jacobū diligit sup oia. ergo
fruitur Jacobo. Per simile argumentū cō
tingit probare ꝙ aliquis meritorie odit de
um: ⁊ simul fruit̄ deo sub diuersis intētio-
B nibus ⁊ acceptionib⁹. forma argumētū vt
Ad op vis. Ad oppositū est magister libro primo
positū. distin. j. ⁊ Anselmus libro. v. cur deus hō
cap. ij. Ad hoc factam creaturā rationalē
credimus: sicut certum est: vt summū bonū
sup omnia amaret ⁊ diligeret: nō propter
aliud: sꝫ ꝓpter ipm. si vo ꝓpter aliud: non
ipsum: sed aliud amat. hoc autē nisi iniuste
facere nequit. Iterum mono. c. lxvij. Nihil
aptius credim⁹: ꝙ̄ rationalē creaturā ad
hoc factā esse: vt summā essentiā amet sup
Decisio oia. Circa istā questionē sic est ꝓcedēdū
primo inquirā aliqua circa actū vtēdi. scdo

inquirā quosdā articulos circa fruitionem
vie. tertio q̄sdā circa fruitionē patrie. q̄rto
soluā q̄sdā dubitatiōes. quinto dicā ad ra
tiōes ꝑncipales. Circa ꝑmum de actu vtē C
di erūt tres breues articuli. Primo est assi Primi
gnāda differētia inter frui ⁊ vti. Scdo vi- arti. di
dendū est an sit actus volūtatis medius q̄ stinc.
neqꝫ sit vti neqꝫ frui. Tertio an act⁹ volū- q̄ ē de
tati vtēdi ꝓprie accept⁹ sit vn⁹ act⁹ volūta actu
tis: an aggrauatio pluriū actuū volūtatis. vtēdi.
Circa primū sciendū est ꝙ tā frui ꝙ̄ vti Nota
significāt actū volūtatis. multipliciter autem bile pri
i volēdo se h3 volūtas: q: aliqn̄ vult aliq̄d mum.
ꝓpter se: ita ꝙ si illud solūmō ꝑsentet̄ vo-
lūtati: cōplacet volūtati illud velle. sicut si
aliq̄s clare videret deū: ꝓpter seipm̄ dili-
geret: etiā nihil aliō a se diligeret: sicut cōi
ter multi tenēt. Aliqn̄ tm̄ volūtas vult ali-
q̄d ꝓpter aliud tm̄. ita ꝙ si illud sit volūta
ti ꝑ se ꝑn̄tatū: ita ꝙ volūtas nō perciperet
illud aliq̄ mō ordinari ad aliud qd̄ diligit
volūtas illud nō diligeret. Vbi grā: hō di-
ligit sanitatē: ⁊ cū ꝑpēdit ꝙ amara potio
ordinata est ad sanitatē: tūc diligit eā pro
pter sanitatē: ita ꝙ̄ si potio amara eēt ap-
prehēsa a volūtate ꝑ se nō sub intētione q̄
sumit̄ ad sanitatē ꝯsequēdā: volūtas eā nō
diligeret. ⁊ ideo potio diligit̄ a voluntate
ꝓpter aliud tm̄. Tertio mō pōt cōtingere
ꝙ volūtas diligit aliq̄d ꝓpter se ⁊ ꝓpter
aliud. verbi grā. aliq̄s diligit vinū propter
se. q: dulce desiderat: vel addiscit de nouo
ꝙ generat purū sanguinē. ⁊ sic ꝯseruat sa-
nitatē. ⁊ tūc incipit diligere illud tā ꝓpter
se ꝙ̄ ꝓpter aliud: ꝓpter. s. sanitatē. Pri Scdm
mus modus de istis tribus: videlꝫ ꝙ volū notabi
tas diligit aliq̄d ꝓpter se: pōt considerari le.
dupl'r. Uno mō ꝙ absolute diligit illud ꝓ
pter se. Alio mō ꝙ sic diligat illud ꝓpter
se; ꝙ existimet illud vt finē esse diligēdū a
volūtate. ⁊ hoc est diligere aliq̄d propter
finē vltimū. ⁊ iste actus volūtatis vocatur
apud theologos frui: stricte ⁊ ꝓprie capiē-
do hoc verbū frui. Unde Aug. ꝑmo de do-
ctrina christia. c. xxxviij. Dicimus nos ea re
frui quā diligimus ꝓpter se. Et infra. Si i
heresi ꝑmāseris finē i ea ponēs letitie tue: Tertiū
tunc vere ⁊ ꝓprie frui dicēdus es. Ceteri notabi
vo act⁹ volūtatis dicunt̄ vti. ita ꝙ vti sit le.
amare aliquid propter aliud. hoc tm̄ cōtin
git dupl'r. Quia vel vtrūqꝫ istorū sit actu
volitū ⁊ vnū propter aliud: ⁊ tunc volun-
tas proprie vtitur illo quod propter aliud

amat: siue amet illud tā ꝓpter se q̄ ꝓpter aliud: siue amet illud ꝓpter aliud tm̄. Aliter ꝯtingit vnū esse volitū actualiter: aliud habitualiter. sicut cōtingit ꝙ aliq̄s vtens medicina nō cogitat actualr̄ de medicina siue sanitate: sʒ tm̄ habitualr̄: ⁊ tn̄ vere vtitur medicina. ⁊ isto modo multi faciunt elemosynas et opera misericordie ꝓpter deū ⁊ tn̄ ꝑ tunc nō cogitant de deo: sed cogitauerunt ante. Ex his ptʒ q̄d est frui proprie ⁊ quid vti. q: frui est sumere aliquid in facultatem volūtatis propter se: ⁊ finē letitie sue in eo ponere. Uti est assumere aliq̄d in facultatem volūtatis nō ꝓpter se finaliter sed propter aliud magis dilectū actu vel habitu.

D

Nono. Itē illa ꝯcupiscētia i aia ꝯtra a carne nullo mō pōt vitari ab aliquo paruulo: nec illa ipotētia vitādi descēdit ex culpa paruuli. ḡ illa ꝯcupiscētia nullo mō ipūtanda est paruulo ad culpā. Itē ꝯcupiscentia illa vel ꝯhitur naturalr vel voluntarie ab illo paruulo. nō voluntarie: q2 tunc esset peccatū actuale: nec naturalr: q2 tunc nō esset culpādus ꝓpter eā: ḡ ⁊c.

Rñsio ad obiectum. Sed istis non obstātibus dico vt prius: q̄ pctm̄ originale est habitꝰ qdā vitiosus: quē ꝯtrahit aia ex carne. hoc eni videf sentire Aug. hypognosticon rñsione vltima: ⁊ in oibus libris suis quos cōposuit contra Pelagiū: ⁊ similr in omnibus libris suis contra Julianum: vbi multū tractat materiā istā. Hoc idē videtur esse de intentiōe Hiero. vbicūqꝫ loquitur de materia ista. ⁊ idē videf esse de intētiōne alioꝝ doctoꝝ. ideo rñdeo ad argumēta.

S Ad primum. Ad pmū qñ dicif: vitiū nō ꝯhif nisi ex feruore libidinis in actu ꝓpagationis. ꝯcedo hoc gratia disputationis. Dico tñ q̄ ꝯtrahi posset absqꝫ actu ꝓpagationis. q2 tale vitiū fm speciē fuit in aia pmi parētis ante ꝓpagationē. plis: tñ de facto ita est q̄ in paruulis nō ꝯtrahif nisi ex feruore libidinis in actu ꝓpagatiōis: ⁊ ideo de forma nego ꝯñam. qn arguif q̄ si aliquis ꝯciperet sine tali libidine ⁊ feruore: nullū haberet pctm̄ originale: q2 si ita sit de facto: alr tñ pōt esse. Unde verisimile ē mihi q̄ si talis materia per potentiā angelicam bonā vel malā sumeref de aliquo nō renato absqꝫ libidine actuali eiꝰ a quo sus ciperef; ⁊ nō foret mūdata ante inductiō

nem anime: tunc anima ipsa ex ipsa vnio-
ne cõtraheret vitium tale: licet tunc nõ fo-
ret peccatum originale: forte posset rõna-
biliter dici pctm̃ originale iuxta pcessum
Anß. de conceptu virginali. c. ij. vt intelli-
gatur illud peccatũ: quia contrahitur ab
initio illius persone: tamen pcedo q de fa-
cto ita est q tale pctm̃ nõ contrahitur nisi
ex feruore libidinis in actu ppagationis.
& hoc maxime in renatis. & concedo etiam
gratia argumẽti: q si aliquis pciperetur si-
ne tali libidine & feruore: nullum haberet
peccatũ originale. Et cum dicit q in mul-
tis casibus põt fieri talis conceptio: nego
hoc: loquẽdo de cõceptione naturali: nõ su-
pernaturali: quia aliter nõ esset ad ppositum.
Et cũ dicit: mulier pcepit in balneo.
Dico q si ita fuerit: tunc ipm̃ semen virile
quod suscepit: decisum fuit a viro cũ libidi-
ne & feruore tali qui sufficiebat ad fedita-
tẽ & maculã ipsius carnis. & forte etiã libi-
dinose susceptũ fuit a muliere: ita q nõ se-
quit materiã illã fuisse decisam & pceptam
sine libidine: l3 nõ fuerit pcepta p cõem p-
pagationẽ. & ita illud nõ pbat q paruul9
v ex illo semine natus nõ ptraxit originale.
Ad secundũ. Ad aliud cũ dicit: si de9 crearet aliquam
materiã similem illi materie oĩno: & infun-
deret in eã aĩam &c. Dico in illo casu q ta-
lis aĩa ex vnione cũ materia sic creata non
pheret maculam. Et cũ dr: materia sic crea-
ta in oĩ qualitate assimilat alteri materie:
et est eiusdẽ nature cũ ea: et silr aĩa creata
est eiusdẽ nature cũ alia aĩa: sed vna mate-
ria est eque actiua in suã animã sicut alia i
suã: & ecõuerso. pcedo cõclusionem. & dico
q habit9 creat9 ex materia ppagata na-
turaliter erit peccatũ: & alius habitus nõ
erit peccatũ. Et causa est: q habitus talis
nõ est essentialiter & p se peccatũ: tãtũmõ
a causa a qua fit habet q sit pctm̃: sicut ex
libidine parentum que peccatũ est ex hoc
q libido est: l3 nõ imputet parẽtib9. aliqñ
etiam ex affectu libidinis: qui est feditas
ipsius carnis. & ideo materia illa que crea-
ta est cũ consimili qualitate nõ erit effecti-
ua pcti: l3 sit effectiua consimilis qualita-
tis. & illud videt esse de intentione Augu.
hypo. rñsione quarta in pžn. Ubi dicit cõ-
tra eos qui posuerunt libidinẽ esse natura-
le bonũ sic. Nos aũt libidinẽ non natura-
le bonũ: sed naturale malũ esse dicim9 &c.
Et q non sit naturale bonum dat causam,

quia. s. nõ fuit in principio nature congeni-
tum. vbi videtur innuere q si fuerit talis
qualitas a deo indita anime in suo princi-
pio: tũc nõ fuisset malũ: s3 naturale bonũ.
& ita dico in pposito. & cũ dr: si deus nunc
crearet materiã similẽ materie ppagatio-
nis in omni q̃litate: adhuc in vna foret ali-
qua qualitas fetida & maculosa: & in alia
materia qualitas eiusdẽ speciei non foret
fetida: & similiter q habitus creat9 in aĩa
ab vna carne foret peccatũ: in alia nõ. Uel
alr posset dici: negãdo q hoc posito deus
posset creare materiã alteri in oĩ qualita-
te oĩno similem. & hoc quia qualitas aliq̃
creata in vna foret feditas & effectus libi-
dinis: & in alia consimilis qualitas ßm spe-
ciem nõ foret aliqua feditas: nec effectus
alicuius nisi solius dei: & ideo licet forent
similes ßm speciem: nõ tamẽ forent omni-
no similes: & ita nõ pcedit argumentum. Ad tertium.
Ad tertiũ cum dicitur q beatus Augu.
sepissime dicit q corpus nihil agit in spiri-
tum: dico q caro nõ causat peccatũ in ani-
mam: nec aliquid iducit in animam: quod
aliunde sibi nõ inest: nec aliquid ab ea au-
ferendo. Sed ideo dicit inducere pctm̃: q
fecit aliquid qð est in anima fore peccatũ:
qð aliunde nõ foret peccatum: si non foret
feditas carnis. Et quomodo istud sit dice-
tur expresse in articulo sequẽti: vbi tracta-
bitur quomodo peccatũ originale a paren-
tibus traducatur in prolẽ. Ad quartum Ad q̃rtum.
quãdo dicitur q si nullus homo peccasset
vnq̃: & forẽt dispositi in corpore sicut nũc
sunt: tunc semẽ decisum ab eis esset dispo-
situm sicut nunc est: ergo tantam haberet
feditatem sicut nunc habet &c. Dicendo sic-
ut dictum est ad tertium: dico q in eo ca-
su qualitas que nũc est macula: tũc non fo-
ret macula: & similiter habitus qui nũc est
vitiosus: tũc nõ foret vitiosus: quia iã nõ
est vitiosus essentialiter: s3 tñ q descẽdit
a vitio. & ideo licet materia omnẽ tunc ha-
beret qualitatem qualem nunc habet: & si-
militer anima: tũc tñ caro nõ ptraheret fe-
ditatem: nec aĩa pctm̃ sicut nũc. & ideo ar-
gumentũ nõ pcedit. Ad quintũ cum ar- Ad quintum.
guit q cõcupiscẽtia carnalis nõ est causa
peccati originalis in paruulis: quia talis
pcupiscentia põt excusari p bona opa & p
circũstantias bonas: vt non sit imputabi-
lis nec vituperabilis: sicut multa alia ope-
ra excusant: que aliter essent vitiosa &c. ne

go assumptū. et dico q talis cōcupiscentia est cū peccati originalis i paruulis. Et ad pbationē cū dicit q talis concupiscentia pōt excusari per opa bona vel circūstātias bonas: cōcedo q bñ potest excusari a culpa ne imputet ad culpam: sic eñ excusatur p bonū cōiugij: vt tactū est in argumento: nō tñ sic excusatur per illa bona opera vel alia: qn sit vel nata sit esse cū peccati anima sibi infusa et cōiuncta. et ideo inquātū ad culpā idem est inter coniugatos pter bona cōiugij tantū cōuenientes: ac n nulla in actu eoz foret ɔcupiscētia mala: quātū ad hoc. s. q ex cōcupiscētia illa nullā cōtrahūt maculā vel culpā: nō tamē perinde est quātū ad effectū sequētem ex cōcupiscētia. et ideo nō sequit quin paruulus cum hmōi ɔcupiscentia ppagatus ɔhit peccatum originale. Ad sextum cum dicit: volo q deus mundificet materiam ad receptionem anime: vt nulla sit in ea feditas adnixa: et cū addit q cū hoc stat q nulla infundatur gratia in animā in sui cōiunctione: loquendo de gratia gratum faciente: cōcedo. et vltra concedo q tunc alijs parib⁹ talis paruulus nullum contraheret originale: q: tunc nihil esset cū alicuius talis peccati. Et cū arguitur q sic: q: si talis decederet ante oēm gratiam et sine omni peccato puniret eternaliter pena dāni. Dic respondeo: et dico qcquid contingeret de tali: quia verū sic decederet an nō incertū est. sed tamē quicqd verū foret de suo processu: dico q in illo casu nō foret debitor mortis: vel dato q foret debitor mortis pter penam peccati primi parentis: qd non credo: dico q nō dānaret: q: si careret ppetua visione beatifica sine nō: tamen talis carentia nō foret sua dānatio. sicut angelis q steterūt: si deus nō ɔtulisset eis aliam gratiā q in creatione acceperunt: nō fuisset eis dānatio tūc carētia visionis quā nunc habent. Ita dico q si paruulus ille in illo casu post to sine gratia decederet: nec mors nec carētia visionis foret sua dānatio: q: nō dānaret quasi pter suā culpā. Existimo tñ cū nullus sit creat⁹ nisi ad beatitudinē: q si talis decederet vt positū est: non eternaliter careret visione beatifica: nec hoc pbat aliqua auctoritas quā vidi vel audiui. Sz tūc ɔ hoc directe videt esse aliud argumētum cū dicit. si materia foret sic mūdata: adhuc maneret obligatio ad iustitiā originalem. Sed priuatio iustitie originalis stat cū mūditia carnis: ergo nō causat talis priuatio ex immūditia carnis: cuius oppositum dr. Dic dico q si materia foret sic mūdata: adhuc maneret obligatio ad iustitiā originalē: et iō nego assumptū q priuatio iustitie originalis stat cū mūditia carnis: et hoc omnibus alijs stantibus de lege cōmuni: exceptis his que ponuntur in casu. Non eñ stat cū cōi lege q caro sit munda ab oī macula: et q aīa de nouo creata et infusa sit priuata originali iustitia. bñ tñ possibile est q nō obstāte macula carnis/deus infunderet anime in sua origine aliquā gratiam: et cū hoc q nullam sibi imputet culpā. hoc stat cū mundicia carnis: et cū imunditia carnis. Sed dico q alijs paribus si deus mūdet carnem ab oī macula: et infundat ei aiam de nouo creatā: necessario illa aīa habebit iustitiā originalē. Et cū arguitur q nō. q: iustitia originalis nō est aliq qualitas carnis: nec aliq qualitas sequēs cōplexionē carnis: ɔcedo q nō ē aliqua qlitas carnis: nec sequēs cōplexionē carnis tamē q sit in carne: sed dico q ipsa est aliq qualitas in aīa: que ex carne hz q sit iustitia: et similiter ex carne munda haberet aliqualiter q foret iustitia: sicut dicet postea. Et tunc vltra cū infert: tunc posset aliqs habere iustitiā ex naturalib⁹: et per ɔns saluari posset: concedo q aliquis ex naturalibus nō maculatis posset habere iustitiam originalē: sic eñ oēs paruuli habuissent si primus parēs nō peccasset: sicut vult Anselm. primo cur deus homo. c. xviij. sed nō sequitur ex hoc q naturalia sufficerent homini ad salutē: q: talis iustitia originalis nō sufficit ad meritum vite eterne. Ad octauū cū dicit: talis concupiscentia nullo modo vitari potest ab aliquo paruulo: ergo nō est sibi imputabilis. nego ɔnam. sicut eñ dictū est: concupiscentia in aīa paruuli est iniustitia: et ex hoc q iniustitia est: imputari debet ad culpā: saltem digna est imputari. Et si dicat q nō videtur quomodo posset esse iniustitia: nisi foret ex voluntate: hoc est falsum. sicut eñ iustitia est virtus quā solus deus in mente operatur: vt dicit magister lib. ij. dist. xxvij. in prin. Ita iniustitia pōt esse in aīa alicui⁹: absqz h q pueniat ab eius voluntate vel a motu sue voluntatis. et hoc maxime verū est in his q nati sunt accipere ab aliquo tā iustitiā q

Ad cōfirmationē

Ad octauū

in iustitiam: ⁊ habiles fieri iusti vel iniusti cuiusmodi sunt paruuli. Ad nonū cū dr: culpa originalis aut ꝯhitur naturalr aut volūtarie. Dico ꝙ pōt dici ꝙ ꝯhitur naturaliter: ꝑ tanto qꝛ ꝯhitur ꝑ naturalē ꝓpagationē: sꝫ hoc nō est ex prima ꝯditiōe nature: sꝫ ex ꝑuaricatiōe. ⁊ pōt dici ꝙ ꝯhitur volūtarie: nō qꝛ ꝯtrahitur ꝑ volūtatē pueri actualē: sꝫ primi parentis: sicut dicit magister li. ij. sen. di. xxxi. ⁊ tūc nō sequit: ꝯhitur naturaliter: ergo nō est imputabile ad culpā: qꝛ naturale est tali pctō ꝙ ꝯtrahit naturaliter isto modo quo dictū est. sicut naturale fuisset iustitie originali eo modo cōtrahi. ⁊ ex hoc nō sequit ꝙ nō sit imputabile: qꝛ vt dictū est: ex hoc ꝙ est iustitia vl iniustitia: est laudabilis vel vituperabilis.

Ad nonum.

3
De traductione pcti origi. Opi.

Modo restat videre quō pctm̄ originale a parētibꝰ traducat in ꝓlem. Unde videbat quibusdā impossibile ꝙ pctm̄ tale traducat: sicut Juliano: Pelagio: ⁊ coꝝ sequacibus. Alij aūt ad saluādū pctm̄ ponebāt ꝙ sicut caro paruuli traducit a parēte: ita aīa traducitur ab anima. ⁊ ita cū traducit anima: traducitur tale peccatum. Jsta opinio fuit multū famosa apud aliquos: ⁊ videbat necessaria ad saluandū peccatū originale. sicut videt Aug. innuere in multis locis. Hec tn̄ opinio videt esse cōtra intentionem ⁊ sententiam doctoꝝ ⁊ totius ecclesie. Dicit eñ magister lib. ij. dist. xviij. c. vlti. sic. Catholica ecclesia nec simul nec ex traduce factas esse animas docet: sꝫ in corporibus ꝑ coitū seminatis ⁊ formatis infundi: ⁊ infundēdo creari. ⁊ allegat Aug. de ecclesiasticis dogmatibus. ⁊ Hiero. in auctoribus illius epistole que dr dialogus Hiero. ⁊ Aug. Sed ad hoc respondet quidam sic: ꝙ traductio accipitur dupliciter: ⁊ ꝓprie: ⁊ improprie. Proprie sumitur pro generatione animatoꝝ per decisionem seminis. ⁊ sic loquēdo: ad hoc ꝙ aīa dicatur fieri ex traductione: oporteret ꝙ decideret in semine: ⁊ fieret ex preiacēti materia ⁊ ex aīa generātis. ⁊ isto mō nō fit aīa ex traductione. xxxij. q. ij. qō vero. in glos. ⁊ sic loqn̄do intelligit magr vbi allegat. Alio modo sumit traductio improprie: qn̄ aliquid generat a suo simili absqꝫ tali decisione: sicut ignis generat ab igne: ⁊ iste modus datur ꝑ beatū Aug. ⁊ Thomā super. iiij. sen. dist. xviij. ⁊ isto mō pōt concedi vt docet ille magister: ꝙ aīa filij fit ex anima parentis: nō tantū de substātia carnis: nec de alia materia: ꝯhil eñ sic vt dicit: ꝙ deꝰ pter aīas primoꝝ parentū nullam deinceps creauit nec facit ꝓprie loquēdo: sꝫ formata in vtero matris aīa generatur ex anima: sicut de alijs agētibꝰ naturalibꝰ videmꝰ: ꝙ cū materia fuerit disposita ad receptionē forme: ⁊ agēs fuerit approximatū: inducit formā similē sue forme. ⁊ sic de inductiōe anime. Et ꝓ ista positiōe multas adducit euidentias. ⁊ ꝓbat ꝙ deus nō creat aīas: nec de nihilo. ⁊ hoc semel improbato: cū illa via sit maxime iprobabilis: relinquit hec positio dicta. Arguit prio ꝑ auctoritatē Gen. ca. ij. vbi dr. Requieuit deꝰ die septimo ab oi ope ⁊c. sicut dicit Aug. ad Orosium. q. xli. Requiescere dr deꝰ a ꝯdendis nouis creaturis: qꝛ post editionē sex dierū nullā deinceps cōdidit creaturā. Jtē vel ꝯsimile dicit iiij. sup Gen. ad lrām. c. ij. ⁊ iiij. Si diximus deū nouas aīas nūc creare: cauēdū ē ne frustra scriptura tā diligēter cōmēdet sex diebus ꝯsummasse oīa opa sua. Et si dicat ꝙ h itelligēda sunt sic: ꝙ deꝰ post illos sex dies nō facit aliqd̄ nouū genus creature. Cōtra arguit magister: ꝙ deꝰ multa genera aīaliū postea fecit: que tūc nō erāt nisi in rebꝰ seminalibꝰ: cuiusmodi sunt aīalia que generant ex putrefactiōe: de quibꝰ li. ij. di. xvj. Similiter Exo. j. dr ꝙ oēs anime iuste q̄ egresse sunt ex femore Jacob ⁊c. vbi videtur ꝙ aīe traducantur a parentibus. Preterea beatus Aug. x. super Gen. quem adducit magister ad ptē istā: vbi dicit magister ex. c. iij. illius lib: i. Similiter Cassiodorus libro de aīa ca. ij. est istiꝰ opinionis: vt dicit magister. Jmaginat enim ꝙ oēs aīe preter aīam christi ⁊ primoꝝ parentū sunt traducte quodammodo: videlꝫ ex aīa parentū. Ubi ostendit ꝙ aīa christi nō habuit originale peccatum: et. ratio est: quia non fuit ex traduce. vbi ait sic. Jn hunc locum tenor disputationis nos perduxit: vt animas reas per traducem peccati diceremus. vbi vult vt expresse dicit magister: ꝙ anima non esset rea peccatj originalis nisi esset ex traduce. Jtē ad h est vt dicit Aldredus abbas in dialogo suo de aīa lib. j. circa finē. vbi videt approbare positionem q̄ dicit aīas filioꝝ esse a parentibus: ⁊ nō a deo de nouo creatas. ⁊ rō sua est. Si anime nō sunt ex traduce: quomodo peccauerunt oēs in Adā: vbi sm carnem tātū fue-

Arguitur pro opi.

Cōtra rōnem

Scdo

Tertio

Quarto.

runt: ⁊ caro sine aīa peccare nō pōt: ⁊ cum nouas deꝰ creat aīas: absit vt eas crearet peccatrices. Itē idē vult Aug. in dialogo de aīa inter ipsum ⁊ Hieronymū: ⁊ etiā in libro suo de origine aīe: ⁊ est ad Hieronymū: ⁊ in oībus alijs locis in quibus loquitur de materia ista: videtur plus fauere illi opinioni q̄ dicit aīam esse ex aīa: ⁊ nō de nouo creari. Itē ad hoc est Dam. in fine libri sui q̄ vocatur centū heres. Ubi expresse vult ꝙ deus dedit potentiā hoī generādi sibi simile: sicut arbores ⁊ herbe et aīalia aliqua sine aliquo extrinseco inducēte formā sibi vltimā generāt sibi silia.

Quito. Itē hō est aīal maxime perfectū: ergo sibi competit maxima pfectio naturalis: sicut habetur in ꝓlogo meta. tūc vnūquodqꝫ pfectū est: cū pōt generare suū simile: ⁊ etiā alie res naturales hoc pñt: sicut herbe et plāte: sic ut habetur in Gen. q̄ in se habēt semē suū. ergo ⁊c.

Confirmatio. Item qꝛ inductio forme vltime est proprie generatio: ergo si de se inducit deꝰ formā vltimā hoīs: ⁊ homo solū disponit materiā: veriꝰ diceret ꝙ deus generaret oēm hoiem: q̄ ꝙ hō generat.

Sexto. Itē in oī generatione vniuoca generās dat spēm suo generato: ⁊ agēs principale ⁊ finis generationis: vt habet scdo phy sico. ⁊ in parte a cōmētatore in. viij. ꝫ Auicē. ⁊ cū gñatio hoīs sit generatio vniuoca: ⁊ homo habeat speciē ex aīa sua: videtur ꝙ aīa filij sit ex parētibus. Preterea nullū incōueniens sequitur ponendo aīam ex aīa generari: quin consimile sequitur ponēdo ꝙ alia animalia sibi generāt simile: nec aliqua auctoritas expresse obuiat. vt pꝫ p Aug. vbi prius. x. super Gen. ergo illud ponere est catholicū. pbatur pña li. ij. dist. xviij.

Septimo. Item arguitur sic. Si aīe creātur a deo ex nihilo: tūc filius cō trahit carnē ⁊ non animā a parentibus. ⁊ tunc cū peccatū non sit in carne: sequeretur ꝙ filius non cōtrahit pctm̄ originale: qd̄ est falsum. cōsequētia ꝓbatur: ponatur ꝙ deus creet materiā in oībus similē materie q̄ est in muliere: ⁊ ꝙ infundat animam vtrique materie: tunc si vna cōtrahit peccatū: ⁊ alia. ptꝫ cōsequētia: qꝛ oīa sunt paria in vtraqꝫ materia. Sed aīa infusa in materia noua de nouo creata non cōtrahit peccatū: qꝛ nūqꝫ fuit debitrix iustitie nec in se nec in suis parētibus: ergo nec in se nec in alio potuit vitare pctm̄: ergo nullo modo cōtrahit pctm̄.

Octauo. Itē argumentū est: posito ꝙ deus subito adnihilaret materiā sic conceptam ⁊ dispositā immediate ad receptionē aīe: ⁊ crearet ibi similē materiā in toto: ⁊ infunderet aīam in illā materiā: tunc filius natꝰ nullū hr̄et pctm̄: qꝛ qcq̄d haberet: imediate a deo hr̄et. ergo eadē rōne nec filius conceptus ex sīli materia si deꝰ infunderet aīam. hāc rōnē vt dicit mgr̄: pōderāt doctores p dicti: videlꝫ btūs Aug. x. sup Gen. ⁊ Cassiodorus de aīa. c. ix. ⁊ Aldredus abbas. ergo ⁊c.

Preterea supposito cū materia fuerit in vtero disposita ad susceptionē aīe: ꝙ deꝰ nō infundat aīam: sed permittat eā cresce re ⁊ augeri bm̄ suā naturā. sicut eīn prius crescebat ex aliqua virtute intrinseca: ita ⁊ tunc cresceret: ⁊ tunc cū materia illa haberet formā corporis humani: lineamenta et quantitatē ⁊ etatē quā naturaliter exiret: nō ē dubiū quin natura expelleret illā materiā: et esset viuū vt priꝰ viuebat: ⁊ p pñs foret aīal habēs in toto formā hoīs saltē corporalē: ⁊ figurā qualē homo habet: ⁊ tamē foret aīal irrationale. Tūc si ex cōsequēti deus infunderet in illud aīal aīam rōnalē: tūc qd̄ prius fuit aīal irrationale mō fieret hō: qd̄ est falsum: qꝛ aīal qd̄ prius fuit nō est corruptū: sed adhuc manet: ⁊ nō est homo: sed est pars hoīs tantū. — Nono.

Decio. Itē volo ꝙ deus auferat illā aīam humanā: tūc maneret aīal illud viuum vt prius: ⁊ per pñs nunc ad ablationē anime intellectiue non sequitur quin corpus hominis possit mouere se: ⁊ oīa facere preter ea que spectant ad naturā aīe intellectiue: ⁊ ita posset comedere: ⁊ oīa facere in quibus cōmunicamus cū brutis: quod est falsum.

Undecimo. Itē si de nihilo deus crearet aīas filiorū: sequitur ꝙ aīe eorꝫ nō haberent pctm̄ in primo instanti sui esse: vel deus est auctor peccati: quorꝫ vtrūqꝫ est falsum. pña probatur per modū arguendi mgr̄i li. ij. dist. iij. c. alijs aūt videtur Ubi probat ꝙ angeli nō fuerunt creati mali. qꝛ aliter deus fuisset auctor illius malitie. Dicit eīn magister. Non potuit creator optimus auctor mali esse. ⁊ ideo totū bonū erat qd̄ ex ipso illis erat: ⁊ totū bonum erat: qm̄ ex ipso totū erat. ergo sīr erit de aīa in creatiōe prima: ex quo totū est a deo ergo tota bona ē ⁊ nō mala: ergo nō hꝫ pctm̄. pña pꝫ vt de angelis.

Duodecio. Itē ca. ij. Ipa nihil agit in aīa: nihil ergo aufert ab aīa: anima ipsa consentiendo carni nec delectando sibi peccat: ergo nullo modo anima ɔtrahit

peccatum.pña patet:q2 ipsa anima nec in se nec in aliquo alio vnqꝫ habuit iustitiam ergo priuatio iustitie in ea nō est plus peccatū ꝙ si foret creata ⁊ nō infusa corpori.

Tredecimo. Itē si aliqs hō infunderet corpori aiam: ex qua infusione haberet aia peccatū:tūc illo homine foret aia deterior:sed cū nullo sapiente fiat hō deterior:ergo a multo fortiori deo auctore nō fit hō deterior. Si tñ ifunderet sic aiam:ex qua infusione seque

Decimoquarto retur ipsam habere culpā:sequitur ꝙ deo auctore fieret hō deterior. Ultimo sic. Nō est dubiū quin deus posset dare hoi potentiā ⁊ virtutē talē ꝙ hō posset producere sibi simile.sicut est de aliis aialib9: nec alicubi in sacra scriptura inueni ꝙn sic fecit.pꝫ hoc q2 aliter btūs Aug nō dixisset ꝙ nūꝙ potuit aliqd liquide diffinire de hac materia ⁊ per pñs incertū est in scriptura quō iducitur aia.ergo cū nō sit alia ratio quare homo non pōt generare sibi simile sicut aia lia alia:nec opꝫ ponere datorē formarū:sequitur vt videtur ꝙ aie ducātur ex traduce. Iste sunt rationes ⁊ motiua ꝙ opinans

R Cōtra opinionem. inducat ꝑ ꝓpositione sua. Sed apparet mihi q2 hec positio sit dānata i sua forma vꝫ scilꝫ ꝙ iuxta sniam ⁊ intellectū doctoꝝ sit eadē cū illa ꝙ dānata est.dicit eñ ꝙ aia sit ex traductione:sed impropꝛie:q2 nō decidit cū semine ⁊ in semine:nec sit ex preiacenti materia.⁊ isto mō vt dicit negatur fieri ex traductione.xxxij.q.ij.qō vo.in gl. Ubi dicit sic. Quidā heretici dicunt aiam creari ex traductione:idest ex piacenti materia ⁊ ex aia generantis: ⁊ nasci cū corp9 nascitur.positio ista nōdiscrepat ab illa positione quā glossa hereticā vocat:nisi in h ꝙ hec nō dicit fieri aiam ex materia: neqꝫ nasci cū corpore.Sed ista diuersitas nō est in snia:sed in vbis tātū.Tum q2 doctores idem intendunt per vnā ⁊ per aliā.dicunt enim doctores ꝙ ista positio est heretica ⁊ dānata:ꝙ ponit aiam fieri ex aia sicut corpus ex corpore:sicut expresse dicit mgr sen. li.ij.di.xxxi.c.j.dicens sic. Putauerunt quidā fm aiam trahi originale pctm: nō solū fm carnē:q2 nō solum carnē:sed ⁊ aiam ex traduce esse arbitrati sunt:sicut eñ in generatione prolis de carne paterna substātialiter trahitur caro:ita etiā de gignētis aia aiam geniti essentialiter deduci ab his existimabatur.⁊ seqtur:hoc aūt fides catholica respuit:⁊ tāꝙ veritati aduersum dānat

ꝙ nō aias sed carnē solā ex traduce esse admittit.Expsse itaqꝫ dicit mgr nō solū illā opinionem que ponit animam fieri ex carne ⁊ decidi cū carne/esse hereticā:sꝫ etiā illā que ponit aiam fieri ex aia. hoc aūt dicit hec opinio expsse. Itē in dialogo illo ꝙ dicitur Hiero.⁊ Augu.⁊ ponit inter eplas Hiero.reprobatur hec opinio sub sua formaꝗ ponit aiam esse ex aia vt corp9 de corpore.Et ꝙ nō aliud intellexerunt illi quoꝝ opinio dānata est:ꝙ hec positio dicit.manifeste patꝫ ex hoc qō ibidē dr.dr enim sic. Aiam extraduce fieri est aiam cū aia nasci vt corpus ex corpore. Ubi expresse pꝫ ꝙ h positio in sua forma dānata est ꝙ ponit animā nasci ex aia sicut corp9 ex corpore. hoc aūt nō ponit ista positio: sꝫ tātū aiam nasci ex aia. Si dicatur ꝙ nō:imo illa sola dā- Euasio
nata est que ponit aiam nasci ex aia: sicut corpus ex corpore nascitur. Hoc autē non ponit ista positio. Istud nihil est:q2 ex h Reprehensio
dānata est ꝙ ponit aiam esse ex aia ⁊ non creari ex nihilo:pꝫ hoc:q2 est cōtra fidem. vt pꝫ in eadē glossa quā pro se allega.xxxij q.ij.qō vo.vbi dr sic:ꝙ fides nrā est ꝙ quotidie de9 nouas creat aias ⁊ creando ifundit.Ex quo apparet ꝙ opinio ista est contra fidem nostrā. Itē ꝙ quotidie sic de nihilo creātur:⁊ ꝑ pñs vna nō sit ex alia:habetur expresse sup illud Psal.xxxij. ꝙ finxit sigillatim corda eoꝝ. Ubi glossa interli.exponit illā literā:⁊ tandē exponēs ad literā dicit sic glos.finxit corda:idest creauit aias sigillatim.i.singulas per se ex nihilo:nō ex Adā:vt quidā dicūt putātes aiam ex aia esse:⁊ est in glos.Hiero.sup psalteriū.Ex ꝙ apparet ꝙ hec opinio in sua forma falsa ē ⁊ eius ꝯ̄ia vera. Itē fm istā positionē aia filij ꝙ fit ex aia parentis:haberet pctm in se:ex h ꝙ fieret ex anima parētis:absqꝫ hoc ꝙ tale peccatum cōtra haberet ex carne sicut ptꝫ:q2 ideo ponitur quod fit ex aia: sꝫ propter peccatum originale:vt allegat magister in argumento scdo prius facto:sꝫ cōsequēs est falsum.q2 peccati causa ex carne est nō ex aia fm Amb.de vbis aplī.⁊ ponitur in glos.ad Roma.vij.sup istā literā. cōdelector legi dei fm iteriorē hoiem. vbi dicit sic. Non habitat peccatum in aia sed in carne:quia peccati causa ex carne est nō ex aia.q2 caro est ex origine carnis peccati:et per traducē ois caro fit causa peccati: aia vero non traducit.⁊ ideo in se cām pecca-

ti nõ haberet. Ad idẽ est auctoritas Aug. expresse in quadã homil. de verbis apl'i: et ponitur i glos. ad Rom. vij. sup illud. Scio q nõ habitat in carne mea bonũ. vitium cõcupiscẽtie est qd aĩa non ex se sʒ ex carne contrahit. et vtraqʒ auctoritas ponitur a mgr'o lib. ij. dis. xxxj. c. iiij. Similiter ex hac positiõe sequit ista: quã ipse pcedit esse dãnatã ex testimonio glos. xxxij. q. ij. qd vero. videlicet q aĩa fiat ex preiacenti materia: qr arguo sic. qr si aĩa filij fiat ex aĩa parentis: aut de aliquo: aut de nihilo. nõ de nihilo: qr tunc crearet: et nõ otraheret culpã fm hanc positionẽ. Si fiat de aliquo: ergo fit de substãtia aĩe parẽtis: aut de substantia carnis. Nõ de sub a aĩe parẽtis: qr tunc aliqua ps aĩe decideret: que fieret aĩa filij sicut caro decidit a parẽte: q fit corp' filij: qd est falsum: qr aĩa est substãtia indiuisibilis: et nõ hʒ aliquã partẽ: vt notũ est. Si fiat de substãtia carnis: cũ hoc dicat positio quã iste magister cũ glossa allegata cõcedit eẽ dãnatã: seqretur q hec positio dãnata est: et est eadẽ cũ illa quã glossa allegata dicit eẽ hereticã: sequeret etiã q aĩa sic fit de origine carnis: et p ons forma educibilis de potẽtia materie. cõsequentia patʒ p Aug. in li. suo ad Renatum de origie aĩe Ubi versus finẽ eiusdẽ libri dicit sic. De q quisqʒ originẽ nature sue ducit: de illo nature sue genus ducere negari sob: ie nullo pacto potest. ergo si aĩa fiat ab aĩa pris vel matris de substantia carnis: seqretur q ipsa esset de genere carnis. Ad illud arguitur sicut prius. aĩa fit ex aĩa matris vt dicit hec positio: aut ergo fit de aliquo tãqʒ ex materia aut nõ: sic tñ q vel de nihilo vel de ipsa anima matris tãqʒ de materia. Non põt dici q fit de materia matris tãqʒ de materia: qr fm eũ agens et materia nõ coincidunt: nec fit de carne: vt ipse etiã dicit in positione. Ex quo sequitur necessario q fit de nihilo: qd est ppositum. Iste mod' arguẽdi habetur ab Aug. ad Renatũ cõtra Uincẽ. victorẽ: qui ponit aĩam a deo factã esse: et tñ q nõ est ps dei: nec natura ei': nec etiã ex nihilo est: nec dedit aliquid aliõ a deo ex quo fit tãqʒ ex materia. Cõtra quẽ argnit Aug. sic. si dicis eã ex nihilo nõ fieri: nec aliquã aliã creaturã vnde facta sit cõmemoras: ergo a deo facta est: et nõ nisi ex seipso: q ex deo tãqʒ ex materia fit aĩa: qd tñ ipse negas. Sic arguit in pro

Cõtra opinionem iterum arguit

posito. Aĩa fit ex anima matris effectiue fm hanc positionẽ. aut ergo fit ab eo tãqʒ ex materia: aut ab aliquo alio. Sed ex alio fieri negat hec positio: q ex aĩa matris fit vt ex materia: q ipsa est pars aĩe matris. Sic eñ arguit Aug. ibidẽ deducẽdo ex opinione q aĩa sit ps dei. Ideo dico aliter tenẽdo aliã viã: quã doctores dicũt esse catholicã et fidei consonã. videlʒ q aĩa nullo modo fit ex traduce: sed q qlibet de nouo et de nihilo creata est: et infundendo creata et creãdo infusa. et tunc respondeo ad euidẽtias inductas p opinione. Ad pmũ cũ dr q deus requieuit a pdẽdis nouis creaturis: qr post illos sex dies nullã deinceps cõdidit creaturã. Ad illud dico vt ibi dictũ est: q hʒ itelligi sic vt post illos sex dies nullũ genus creature de nouo creauit ex nihilo. Ita etiã respondetur ad instantiã ibidẽ factã cõtra responsionẽ cõem: que est q deus post illos sex dies multa genera animaliũ cõdidit: qr tunc nõ erãt nisi in rõnibus seminalibus. vt pʒ lib. ij. dist. iij. et xv. hoc cõcedo q illa genera post sex dies nõ creauit ex nihilo: sed potius ex materia quã prius creauerat ex nihilo pduxit. Ad aliã auctoritatẽ Exodi. i. vbi dicitur q oẽs aĩe q egresse sunt de femore Iacob: sunt. lxx. illud nõ videtur facere p eo: cũ ibi sumatur aĩa pro toto cõposito ex corpore et anima. Iste enim est modus loquẽdi scripture. sicut dicit Aug. lib. vij. de trinita. c. iiij. Ubi dicit sic qscdm modũ scripture nostre tres aĩas dicimus: cũ a parte meliori totũ appellari placet. idest ab aĩa et corpus et animã: qd ẽ totus homo. et sequitur ibidẽ. Ita quippe dictũ est in Egyptũ descendisse cum Iacob aĩas. lxx. p tot hoib'. Ex quo apparet q per illa auctoritate non sequitur q aĩa fiat ex aĩa. Sed iuxta literã magis videtur sequi q aĩa fieret ex carne: fm tñ rei veritatem neutrum sequitur. Ad secundũ de beato Aug. sup Gen. ad literã. dico q Aug. ibi recitat duas opiniones: et querit nunqd alia est alia probabilior ex testimonio scripture et tandem dicit. ca. xxix. q oĩa de scriptura possunt sufficienter euacuari quantum ad vtramqʒ opinionem. Hoc tamẽ falso q argumentũ de baptismo paruuloꝝ videtur euidẽtius facere pro ista opinione q ponit animã fieri ex traduce q pro alia: nec ideo tñ dicit opinionem illam esse verã: sed pcu satis omnibus que inueniunt in scriptura

Opi. ppria doctoris.

Ad primũ argu. opinionis pcedẽ.

Ad secundũ

sacra:oia equalia vel eq̄liter sustineri pos-
sunt ab vtraq3 opinione. Non tñ occurrit:
dicit Aug. aliq̄d de scriptura sacra:qd tā vi
def accōmodatū opinioni de creatiōe aia
rū:sicut illud de baptismo paruulo℞ videf
apparenter facere ꝓ opinione alia. Nec tñ
ideo intēdit dicere ꝙ ad illud nesciat respō
dere:sed tātū ꝙ nihil in scriptura sacra tā
apparens est pro opinione de creatiōe:sic-
ut est illud pro alia opinione. Et ꝙ hec sit
eius intentio apparet in eodem lib. c. xvj.
Ubi cōsimilem sententiam ponēs dicit sic.
Hic q̄d ꝓ sua cā rñdere possint qui ſm scri
pturas sanctas vel quod apud eas iuenia
tur:vel qd in eas nō aduersef: conātur as-
serere:aias nouas nō de parētib⁹ tractas
corporibus dari:nōdū me audisse vel q̄ppi
am legisse confiteor. Ex quo apparet ꝙ in-
tentio sua sit dicere ipm nihil inuenisse vel
legisse in scripturis sanctis qd alteri opi-
nioni sit tā cōsonū:sicut illud de baptismo
paruulo℞ est cōsonū opinioni de traduce
aia℞. cū hoc tñ stat ꝙ satis ꝓbabiliter pos
sit ad illud rñdere ſm aliā opinionē. immo
credo firmiter ꝙ Augu. alibi fuit alterius
opinionis; videlȝ q̄ ponit creationē aiarū.
Non enim credo eū finaliter hesitasse de il
lo:cū illud videatur sequi ex dictis suis. q2
enim aia nō est corpus;sicut liquet ex his
q̄ ipe tractat in diuersis locis;⁊ specialiter
de origine aie cōtra Uincē. victorem lib. ij.
vbi specialiter versef circa cōclusionē illā;
⁊ ꝓbat ꝙ nec est corpus nec forma educibi
lis de materia. illud seq̄tur ex dictis suis
de quātitate aie ⁊ de eius immortalitate ⁊
quasi vbiq3. Nec etiā credo ipm opinatum
fuisse aiam ꝓlis decidi ab aia parentis; sic
ut caro ꝓlis decidif a carne parentis: cum
aia sit substātia simplex indiuisibilis scdm
partes. Nec iterū credo eū voluisse ꝙ aia
filij foret ex aia parentis de nihilo tñ tāꝙ̄
de materia:q2 tūc fuisset creata:vt ipsemet
arguit;sicut dictū est prius in argumēto se
primo ꝫ positionē. Ex quo videf seq̄ neces-
sario ꝙ ipsa creata est de nihilo a deo solo
Silr ꝙ hoc idē aliquando intellexit/ vide
tur ex hoc ꝙ ipse opinatur de traductione
peccati originalis a parentibus in prolem
Uidef eñ vbiq3 dicere ꝙ aia paruuli non
trahit peccatū originale nisi ex carne. Si
tñ aia prolis fieret ex anima parētis sicut
caro ex carne:tunc multo magis verisimile
foret ꝙ ipsa aia filij traheret peccatū im-
mediate ab aia parētis:ꝙ̄ ab ipsa carne de
aisa:presertim cū opinef ipse ꝙ corp⁹ nihil
oino agit in spiritū:vt als allegaui de mul
tis libris suis. Nūc aūt non est dubiū quin
ipse velit peccatū originale solū traduci ꝑ
carnē:sicut ⁊ ceteri doctores autentici: hoc
eñ apparet cōtra Julianū de nuptijs ⁊ cō
cu. ⁊ de baptismo paruulo℞:⁊ superi⁹ alle
gaui dictū suū argu. vj. Nec credo ꝙ aliq̄s
q̄ viderit libros eius in quibus de hac ma
teria tractat;negabit q̄n ipe velit vtiq3 ma
culā originalē solū ꝑ carne traduci: qd tñ
nō esset verū;nec oporteret:si aia fieret ex
aia ad intellectū datū. Jdeo credo Aug. ſ
aliq̄n sensisse:licet illud expresse nō iuenia
tur in scriptis eius. Silr illa opinio q̄ dicit
oēs aias ex vna fieri:nō placet Augu. nec
oportet ita dici ad saluādū ꝙ oēs hoies in
pctō nascunf:imo alia opinio q̄ dicit omnē
aiam creari de nouo:si eidē articulo nō re
pugnaret:optime sibi placeret. ergo cū ſm
rei veritatē illud dictū eidē articulo nō re
pugnet:videtur ſm ipsum ꝙ ipsa sit ꝑelis-
genda. antecedens apparet in epla Augu.
ad Hiero. de origine aie. vbi dicit sic. Hoc
certe sentio:ꝙ singulas aias singulis na-
scentibus etiā deus modo faciat. ⁊ seq̄tur.
Ecce volo vt illa sententia etiā mea sit :sed
nondū esse confirmo. ⁊ tunc bene post seq̄-
tur versus finē epistole. Dānari aias si de
corpore exirent sine baptismo :sctā scriptu
ra et sancta est testis ecclesia. Unde illa de
aiarū nouarū creatione sententia si hāc fi-
dē fundatissimā nō oppugnat: sit ⁊ mea. si
oppugnat:nō sit etiā tua. Et post modicū
ante finē sequitur, Jlla vero opinionē ꝙ
ex vna fiant oēs anime : nō discutere volo
nisi necesse sit, atq3 vtinā ista de qua nunc
agimus:si vera est:abs te defendaf: vt hoc
necesse iā non sit. Ex istis iā oibus apparet
ꝙ opinio illa de creatione aiarū optime si
bi placet;dūmodo hoc nō repugnet tradu
ctioni peccati originalis:nec alia sibi place
ret;nisi oporteat eā opponere ad hoc susti-
nēdū:sed satis planū est apud doctores au
tēticos ⁊ modernos ꝙ creatio aiarū de no
uo nō repugnat traductioni pcti origialis
vnde hoc etiā videtur sequi:saltē bene pos
se saluari:ponēdo vt Aug. ponit:scȝ ꝙ illō
pctm̄ traducaf per carnē. ergo ipsa est pre
ferenda etiā ſm Aug. sententiā. Per hoc Ad ter
pȝ respōsio ad tertiū. ⁊ ideo credo magis tium.
hoc fuisse de intētiōe Aug. licet expresse nō

asseruit. dixit tñ se nõ inuenisse ad hoc auctoritatem sacre scripture exp̃ssam. ꝛ nihil aliud intẽdit ipse. x. sup Gen. vt dictum est

Ad quartum. Ad quartũ cũ dĩr ꝙ Cassiodorus videt̃ fuisse istius opinionis libro suo de aĩa. ca. ix. Ubi ostendit ꝙ oẽs aie p̃ter aiam christi ꝛ primoꝝ parentũ fiunt ex traductione ꝛc. Salua reuerentia mgr̃i: Cassiodorus videtur esse directe cõtrarie opinionis. Ibi em̃ recitat vnã opinionẽ q̃ ponit aĩas creatas corp̃ib⁹ dari: aliã q̃ ponit aiam generari ex aĩa. ꝛ dicit ꝙ scd̃e opiniõis motiuũ fuit originale pctm̃: q: scʒ nõ videt̃ quõ infans q̃ peccãdi non habet voluntatẽ: reus debeat inueniri: nisi aliqua ratione ex ipsa origine aĩarũ culpa videatur esse transfusa. ꝛ modicũ post respõdere videt̃: vbi dicit sic. Hoc aũt veraciter fixeꝗ credendũ est: ꝛ deum aĩas creare occulta quadã rõne: ꝛ iustissime illis imputari ꝙ primi hoĩs peccato teneãtur obnoxie. Melius est em̃ ĩ occultis cõfiteri ignorantiã: q̃ periculosam assumere audaciã. Cũ dicat apostol⁹. Quis cognouit sensum dñi: aut quis cõsiliarius ei⁹ fuit? Ubi exp̃sse fatet̃ credendũ esse deũ aĩas creare: licet ignoratur quõ sic create cõtrahunt pctm̃ originale. vnde nec hoc qḋ magister allegat ꝓ se: facit aliquid cõtra istũ sensum. dicit em̃ sic Cassiodorus. In hunc locũ tenor disputationis nos perduxit: vt aĩas reas ꝑ traducẽ peccati diceremus. Qui si dixisset aĩas reas ꝓduci per traducẽ aĩarũ: tunc colorem habuisset auctoritas sm̃ opinionẽ magistri. sed q: dicit per traducẽ pcti: nõ videt̃ esse aliquo mõ opinionis ꝙ pctm̃ traduci põt: ꝛ si aĩa nõ traducat̃: vt dicit alia opinio: ꝛ Cassiod. ibidẽ innuit: vt allegatũ est. ꝛ nõ est intentio Cassiodo. vbi allegatũ est magis ꝓ opinione cõtraria q̃ pro sua positione. Ad auctoritates Aug. p̃ʒ responsio supra. Ad aliud cũ arguit̃

Ad nonum. homo est animal maxime perfectũ: ergo sibi cõpetit maxima perfectio animalis: concedo ꝙ hoĩ cõpetit maxima p̃fectio aĩalis q: nulla p̃fectio creata cõpetit alicui aĩali sicut homini cõpetit: ꝛ cõcedo ꝙ homo potest generare sibi simile: nõ tñ sic ꝙ possit ĩducere formã vltimã: q: forma vltima hominis nõ est educibilis ab aliqua materia ꝑ aliquã potẽtiã creatã. Sed ideo dicitur posse generare sibi simile: q: põt disponere materiã tali dispositione q̃ nõ põt causari nisi a suo simili. nec põt aliť p̃fici nisi habita forma humana. ꝛ hec ẽ maior p̃fectio q̃ aliqua perfectio alicuius aĩalis alteri⁹ speciei. nõ tñ põt p̃ficere materiã tali p̃fectione q̃ sit perfectio sufficiens ꝛ dispositio cõueniens forme ĩmateriali. Siliť sicut dicit dñs Alber. li. j. de origine aĩe. c. vj. Ubi dicit sic: ꝙ licet dispositiones prime aĩe intellectiue ducãtur de potentia materie virtute formatiua: q̃ est gutta patris ꝛ matris: hec tñ virtus formatiua non educeret eas hoc mõ: put scʒ potẽtia rõnalis ꝛ intellectualis forme existũt: nisi sm̃ qḋ ipsa formatiua nõ formãtur ab intellectu vniuersaliť operãte in opatione generatiõis. Ex q̃ seq̃tur ꝙ tales dispositiões causari ĩ materia sit maioris p̃fectionis q̃ sit p̃fectio alicui⁹ alteri⁹ vegetabilis. vñ non sequitur ꝙ hõ sit ĩperfectior ceteris rebus q̃ pñt ĩducere formã sue speciei vltimã: sʒ magis seq̃t̃ oppositũ. Et tũc ad ꝯfirmationẽ qñ sic dĩr. Si

Ad confirmationẽ. de⁹ ĩducit formã vltimã: ꝛ hõ disponit materiã: ergo veri⁹ diceret̃ ꝙ deus generaret hoĩem q̃ hõ. Illud nõ seq̃tur: q: generare proprie est materiã decidere et infundere. Siliť deus facit aiam de materia: ideo non põt dici ꝙ generat hoĩem. homo autẽ tantũ facit ad generationẽ quãtũ ꝑ trãsmutationẽ materie põt fieri in generatione. ꝛ ideo vere dicitur ꝙ homo generat: ꝛ nõ de⁹. Ad

Ad sextum. aliud cũ dĩr: in omni generatione vniuoca generãs dat spẽm suo generato; nego. concedo tñ ꝙ generatio hoĩs est vniuoca. ꝛ ꝙ agens scʒ ip̃m generans cõicat spẽm cũ generato. ꝛ ex hoc nõ seq̃tur ꝙ aĩa habet fieri a parentibus. Et quare generãs nõ dat spẽm gñato in specie hoĩs; causa est: q: vltima forma hoĩs nõ est educibilis de potẽtia materie: sicut est in oĩbus alijs generationibus. ideo argumentum nõ procedit.

Ad septimum. Ad septimũ cũ dicitur: nullũ incõueniens seq̃tur ponẽdo aiam generari ex aĩa: illud nego. q: etiã ex hoc seq̃retur ꝙ ipsa tota anima parentis trãsfunderetur in animã prolis: quod est incõueniens: vel ꝙ aĩa foret educibilis de potẽtia materie: qḋ est etiã ĩcõueniẽs: vl' ꝙ aliq̃ ps parẽtis trãsiret in aiam ꝓlis: ꝛ ita aĩa parentis foret diuisibilis: ꝛ haberet p̃tẽ extra partem: quod etiã est inconueniens. Siliť ꝙ ipse dicit ꝙ nulla expressa auctoritas obuiat. Illud nego. Quia si nulla auctoritas in canone biblie exp̃sse obuiat: alij tñ doctores vt allegaui satis exp̃sse obuiãt. Ad aliud sic cũ dĩr

Ad octauũ.

Si aïe ex nihilo crearent̃:tūc fili⁹ solū trahit carnē a parētib⁹.cōcedo. ⁊ cū dr: ꝙ cū pctm̄ originale nō sit in carne:sequeretur ꝙ filius nō trahit pctm̄ originale a parentibus.nego ꝯñam quia licet pctm̄ nō sit in carne: per carnē tñ traducitur peccatū originale.⁊ cū ꝓbatur ꝙ nō:qꝛ ponat̃ ꝙ de⁹ creet materiā oīno similē carni q̄ ē in muliere:⁊ īfundat vtriqꝫ aīam:admitto:⁊ dico ꝙ tunc vna cōtrahit pctm̄: et alia non illa scꝫ que est decisa per naturalē ꝓpagationē/habet in se cām macule aīe sibi īfuse.⁊ alia materia nō habet talē maculam: habet tamē vna materia oēm qualitatem quā hꝫ alia vel ei cōsimilē: ⁊ tūc qualitas carnis decise per naturalē p:opagationem maculat aiam sibi coniunctā. ⁊ consimilis qualitas ꝺm speciem in materia de nouo creata nō maculat animā sibi cōiunctam. Unde in isto pūcto est tota difficultas de pctō originali: vel saltē maxima ps eius. Unde dico circa istā materiā:ꝙ qlitas ista carnis que ꝺm mgr̄m est causa pctī origi nalis ⁊ macule in anima:nō habet ex se ꝙ sit fetida:vel ꝙ aiam maculet:sed solū qꝛ vitiose nō naturaliter causat̃ in ipsa materia:ideo dr: esse fetida:nec foret causa maculeꝫ in aīa:īmo nec aliqd in aīa diceret̃ esse vitiosum vel habitus vitiosus rōne illius qualitatis.⁊ ideo si illa qualitas causaret̃ a deo:manifestū est ꝙ nō vitiose causaret̃: ⁊ per cōsequens nec aiam macularet :nec in se macula carnis foret . ⁊ iō aīa que tali carni cōiungeret̃ : nullā maculā traheret. nūc aut consimilis qlitas secundū speciem est in carne decisa per cōem ꝓpagationem sed qꝛ ea vitiose causat̃ scꝫ libidinose cū nō possit exerceri cōcubitus viri ⁊ mulieris sine libidine:⁊ iō qlitas illa carnis licet non sit vitiū:vitiose tū causatur. ⁊ ideo qualitas illa aiam sibi cōiunctā maculat. Istud expresse videt̃ esse de intentione Aug. vbicūqꝫ loqtur de tali cōcubitu:⁊ precipue de fide ad Petrū parte prima ārc mediū: vbi sic inquit.Dū sibi inuicē vir et mulier commiscēt̃ vt filios generent:sine libidine non est parentū cōcubitus : ⁊ ob hoc filiorū ex eoꝝ carne nascentiū nō potest sine peccato esse cōceptus:vbi pctm̄ in puulos nō trāsmittit ꝓpagatio:sꝫ libido. Nec fecunditas humane nature facit homines cū pctō nasci:sed feditas libidinis.hec est snīa magistri.li.ij.sentētia. Ideo dicit ꝙ si talis materia causaret̃ immediate a deo cum tali qualitate:tūc aīa filij cōiūcta nō traheret culpā nec maculā:etiam si de⁹ acciperet aliquā materiā talem cū tali qualitate ab aliquo alio hoīe vel muliere:ita ꝙ diuideret̃ ab ipso hoīe ꝑ potentiā diuinā vel operationē angelicā sine libidine ⁊ vitio:nullo modo traheret aīa maculā ex cōiunctione cū tali carne.⁊ ideo non est simile de carne decisa per cōem ꝓpagationem:⁊ de carne creata a deo in omni qualitate simili alteri materie.⁊ ideo argumentū non ꝓcedit.

Ad aliud argu.cum dr:ponat̃ ꝙ cū materia fuerit in vtero disposita ad susceptionē anime:ꝙ tunc de⁹ nō infundat animā ⁊c. admitto.⁊ vltra cum dr: ꝙ viueret ⁊ cresceret vt prius etiam post expulsionē a mr̄e:⁊ fieret animal irrationale ⁊c. Istud non est ꝯtra positionē nec ad ꝓpositū. Dico tamē ꝙ nō viueret nec cresceret:qꝛ nullā haberet aiam. ꝙ aūt pri⁹ vixit:hoc fuit ab aīa siue virtute ⁊ potētia vegetatiua matris. immo data cōclusiōe quā argumētū inducit:nihil facit ad positionem.⁊ ideo trāseo illud ⁊ argumentū imediate sequēs.s.x.qꝛ idem intendūt. Ad aliā cū dicit̃.si deus quālibet aīam creat de nouo:tūc seqret̃ ꝙ aīe eoꝝ habēt pctm̄ originale in p:imo instātisui eē.vel ꝙ de⁹ est auctor pctī. Nego ꝯñam:⁊ cū arguit̃ ꝯtra ꝑ modū magistri arguēdi de āgelis: ꝙ scꝫ aīa ī sui pria creatiōe tota est a deo.ergo tota est bona ⁊ nō mala. Dic dr: cōiter a doctoribus ꝙ omne illud qd̄ a deo est:bonū est:sꝫ aīa in primo instāti sui esse trahit a carne habitū malū qui est pctm̄.⁊ non a deo ⁊c. Sed istud dictū verū est si bene intelligat̃. Si eīm intelligat̃ sic:ꝙ in instāti infusionis ipsa caro aliqd agat in ipam aīam:ꝑducēdo ī eam aliquā formā:q ī ea nō foret nisi causaret̃ a carne:tūc nō videt̃ mihi illud esse verū qꝛ sicut alr̄s dictū ē:⁊ argumētū tāgit:corpus nihil oīno agit in spm̄. Si aūt sic itelligat̃:ꝙ aliqd creatum in aīa a deo ex sola ꝯiūctiōe cū tali carne fiat vitiū:illō vez ē vt mihi appet. Unde imaginoꝛ isto mō ꝙ aīa quo ad sui essentiā ⁊ q̄ ad esse positiuū ī se ē a deo creata. Sꝫ cū alio creato a deo ex ꝯsortio carnis fit vitiū ꝯcupiscētie:qd̄ ē originale pctm̄.⁊ verisile est mihi ꝙ illud nō sit aliō q̄ appetit⁹ habitualis administrādi ꝺm ea q̄ ipi carni cōueniūt.cū enim aīe insit naturalr appetit⁹ corp⁹ administrā

Ad no nā ⁊ad decimū

Ad vndecimum.

di manifestũ est ꝙ talis appetit⁹ est incli-
natio habitualis ad ea q̄ coueniũt corpi. ta
lis aũt appetit⁹ nõ põt eẽ alicuius viciosi:
q̄n sit vitiosus: nec etiã põt esse q̄n appeti-
tus ipsi⁹ aïe habitualis sit pctm̃. Sic g̃ dr̃
pctm̃ esse vl' fieri ex carne: nõ q: caro aliq̄d
pducat in aïa: vl' ĩ ea aliq̄d agat: sed q: ali
q̄d existẽs in aïa ex cõiũctione cũ carne ta
li vitiose ppagata vitiosum dr̃: q: ad vitiũ
inclinãs. ⁊ sic habit⁹ ille ex se nõ est vitium
sicut nec qualitas carnis dr̃ esse feditas et
macula aïe. q: nõ põt esse vitiose creata ⁊
ppagata: ita appetit⁹ aïe respectu talis fe
ditatis dr̃ esse feditas ⁊ macula aïe: q: non
põt esse appetitus feditatis vel macule: q̄n
Ad formã argumenti. sit macula. Et ideo ad formã argumẽti cũ
dr̃. Aïa in sui p̃ma creatione tota ẽ a deo
cõcedo: ⁊ cũ arguit̃. ergo tota bona ẽ a deo
Dico si loquamur de bonitate nature: totũ
est verũ. Si aũt de bonitate morali: sic dico
ꝙ nõ est tota bona a deo: q: nõ ẽ bona mo
raliter a deo: sed ẽ mala moraliter: ⁊ hoc a
carne. Nec est simile argumentũ de aïa cõ-
iuncta tali carni: ⁊ de angelo in prima sui
creatiõe: vel etiã de aïa p̃mi hoïs ⁊ mulie-
ris in sui prima creatiõe: q: ãgel⁹ in sui pri
ma creatiõe fuit talis p̃cise q̄lis a deo crea
tus. ⁊ silr̃ aïa primi hoïs ⁊ p̃me mulieris.
aïe aũt alioꝝ nõ sunt tales p̃cise q̄les effe-
cte sunt a deo p̃ma creatiõe. sicut dicit ma
gister li. ij. dist. xxxj. c. viij. ⁊ cã dicta est: q:
sicut aliq̄lis fit ipa aïa ex ꝯtactu carnis: q̄
caro nõ oïno talis est qualis a deo in p̃nci-
pio sui esse effecta est: ita aïa ab ipsa carne
aliq̄lis effecta est qualis non fuit a deo: q:
mõ moraliter est rea peccati. Et p hoc pz re
Ad duodecimum. sponsio ad aliud sequens: cũ dr̃. Caro ni-
hil agit in aïam: nec peccat cõdelectãdo vl'
cõsentiendo carni: ergo nullo mõ cõtrahit
pctm̃: cõcedo ꝙ aïa non cõsentit carni: nec
ei cõdelectatur saltẽ in paruulis: ⁊ etiã ꝙ
caro nihil agit in aïam p̃pe loquẽdo. Sz
nõ seq̄tur q̄n aïa ex carne cõtrahit pctm̃.
sicut dicit mgr̃ li. ij. di. xxxj. c. iij. aïa ex con-
sortio talis carnis maculatur. Et cũ argui
tur ꝙ aïa nũq̄ in se nec in aliquo alio ha-
buit iustitiã originalẽ hoc cõcedo. ⁊ cũ in-
fertur: ergo priuatio iustitie originalis in
ea nihil plus est peccatũ q̄ si aïa foret crea
ta: ⁊ iustitia originalis nõ infusa sibi. nego
ꝯñam: q: tunc priuatio iustitie originalis
h̄ret cãm iustã: q: deũ p̃cise: nũc nõ hz illã
causam: sed vitium libidinis. ⁊ ideo nõ est
sile. Ad aliud cũ dr̃. Si vn⁹ hõ infunde-   Ad tredecimũ
ret corpi aïam: ex qua infusiõe haberet aïa
pctm̃: tũc illo hoïe foret aïa illa deterior:
sed tñ nullo sapiente fit hõ deterior ⁊c. Di
co ꝙ ille ablatiuus casus absolutus põt ex
poni p si: p q: ⁊ p dũ. vt videlicet ipa pro-
positio sit cõditionalis: causalis: ⁊ tẽpora-
lis. Si sit conditionalis vel causalis: nego
ppõnẽ. Si tp̃alis: cõcedo eã. Et eodẽ mõ
dico ꝙ hoïe sapiente auctore fit hõ deteri
or. sz tũc nõ foret sapiẽs hõ auctor malitie
q̄d intelligit Aug. Nec in proposito deus
est auctor malitie vt sic. sicut patz ex dictis   Ad decimum quartũ
Ad vltimũ cũ dr̃: nõ est dubiũ q̄n de⁹ pos-
set dare hoï potentiã generandi sibi sile.
Dico ꝙ hõ põt generare sibi sile: nõ tñ po
test dare formã vltimã. nec video quõ de⁹
hoc posset sibi cõicare. Nõ em̃ video ꝙ sit
possibile hoïem aliq̄d de nihilo facere. ⁊ iõ
cũ aïa intellectiua nõ sit pducibilis de ali
qua materia: nõ videtur mihi possibile ꝙ
de⁹ posset hoï dare potẽtiã gñandi formã
q̄ est aïa humana. si tñ de⁹ daret potentiã
pducẽdi in esse talẽ formã: tũc dico ꝙ opor
teret ꝙ deus faceret talẽ formã eductibilẽ
de potẽtia materie. sed ꝙ hoc nõ sit verũ de
facto liquet ex multis auctoritatib⁹ sup̃i⁹
allegatis ⁊ ideo etsi de⁹ posset hoï dare po
tẽtiã talẽ: satis liquet ꝙ nõdũ fecit. Nunc
aũt videndũ foret nũ quid quilibet descen
dẽs ab Adã p ppagationẽ naturalẽ con-
trahit pctm̃ originale. Sed tamẽ ex cã dif
fero vsq̃ alias loqui de hoc: ⁊ vado ad ar
gumentum secundũ contra questionem.

Secundo fuit argutũ   Ad secundũ principale.

ad principale. Si oẽ pctm̃ sit ĩputabile ⁊c.
tunc pctm̃ veniale foret imputabile ad cul
pam. ⁊ ita peccatum remitteret in aliquo
charitatẽ: q: foret alicuius malitie: ⁊ p cõ-
sequẽs minus bon⁹ foret quis habito quo
cũq̃ veniali: q̄ꝫ eo amoto ceteris p̃ibus ⁊c.
Ad illud p̃mo videndũ est nũq̄d sit aliq̄d
pctm̃ veniale. Scdõ quõ distinguit̃ pecca-
tũ veniale a pctõ mortali. Quantum ad   Opinio q̄rundã.
primũ dicũt quidã ꝙ sumẽdo peccatũ pro
p̃ie p culpa: nullũ peccatũ est nec esse põt
nisi mortale. ita ꝙ distinguendo veniale cõ
tra mortale: nullũ est nec esse põt peccatũ
veniale: ⁊ hoc sumẽdo pctm̃ p culpa. Hec   Probatur opinio prima.
opinio multas hz euidẽtias. probatur er-
go primo sic. Pro enim peccato de condi-
gno debet̃ pena eterna ⁊ sepatio aïe a vi-

habet volitionē respectu act⁹ infiniti: puta ꝙ vult peccare p infinitos dies: tūc ꝓpter confusam cognitionē vniuscuiusq; diei ex isto die surgit aliqđ precisum meritū: sicut surgit ex vno die determinato aggregato. Sed ꝫ solutionē arguit primo sic. Tota rō quā ista rńsio assignat: quare ꝑm augmentationē tpis nō augmētet meritū in equali ꝓportione: sicut auget tps: puta ꝙ ex additione dupli tpis tenebit duplū meritum ad meritū corńdens primo tpi: est ꝓpter cōfusionē cognitionis respectu maioris tēporis. tūc tota rō est cōfusio cognitiōis q̄n nō auget meritū ꝓportionabilr ad tpus. ꝗ ꝑm augmētationē ꝯfusionis respectu tpis diminuet augmētatio meriti: ergo cōfusio dupla duplū diminuit de augmētatiōe meriti. ⁊ vltra. infinita cōfusio totā augmētationē meriti tollet: ⁊ nō foret meli⁹ velle bñ viuere p tps infinitū ꝙ̄ p vnam horā: nec graui⁹ foret velle peccare p dies infinitos ꝙ̄ p dies finitos: imo ecōtrario foret. Secūdo ꝫ hoc ꝙ dī ꝙ nō est aliqua aggrauatio in volente peccare p infinitum respectu vniꝰ diei. Arguit sic. Ponan⁹ duos eque volētes peccare in oīb⁹: excepto ꝙ vn⁹ vult peccare incipe post lapsum illi⁹ diei ⁊ peccare oībus diebus sequentibus: ⁊ alius vellit toto illo die ⁊ oīb⁹ sequentibus peccare sub hac forma equalr volēdo: volo semper et nūc peccare. ſi ꝗ ꝑm rńsionē datam nō fit aliqua aggrauatio respectu vnius diei: precipue ꝑm quā nō grauius peccaret volens grauius peccare de tpe ⁊ citius incipere et equalr continuare. Tertio ad idē: si dies determinatus non adderet precisam aggrauationē: sequitur ꝙ nō foret graui⁹ peccare die solēni ceteris paribus: ꝙ die feriali. ꝯñs est falsum ꝑm cōiter opinantes. Cōsequētia ꝓbatur sic: ponat ꝙ eccl̄ia ex causa statuat ꝙ aliquo āno certo nullus dies seruetur festus. ſint ergo duo volentes equaliter peccare p oīa: excepto ꝙ vnus vult p vnū annū peccare: in quo nullus dies fest⁹ seruetur: ali⁹ vult alio anno: in quo multa festa celebrabuntur: ⁊ neuter ponat intentionem suam de se maiorem super vnū diē anni sui: sed eque confuse sup oēs dies: tūc arguitur sic. Ex nullo die fit aggrauatio determinata ⁊ precisa: ergo non plus die festo ꝙ̄ alio. igitur nō grauius peccat q̄ vult peccare anno habente festa: ꝙ̄ alius: quod est propositū. Secundo ad principale arguitur sic. Si circūstātia tpis ⁊c. tūc eliciēs aliquē actū dilectiōis subito remissum: nō mereret sicut si cōtinuaret cū eisdē circumstantijs cuiuscūq; rei. ⁊ per ꝯñs sub quocū ꝗ gradu eliciat actū dilectionis subito: nō tantū merebit quantū si continuaret p tēpus. Consequētia ptz: q: deest circumstantia tpis que p se agit ad meritū. Cōsequēs tñ est falsum: q: si sic: chūst⁹ meruisset post principiū cōceptionis sue: q: fecisset cū pluribus bonis circūstātijs actum suum: et sic cōtinue profecisset in merito: ꝫ magistrum sniaꝝ li. iij. di. xviij. Tertio sic. Si ex maiori tpe augeret meritū: tunc ex multitudine gratie augeret meritum: ⁊ sic cū quolibet tēpore esset infinitū meritū. ꝯñs est falsum ⁊ ꝯña ptz: q: in quolibet tpe sequēti tantū mereretur sicut in presenti: posito ꝙ ex eq̄li deliberatione continuet per tempus intermediū. Quarto si sic: tunc iste actus dilectionis remissus continuatus p tps posset fieri ita meritorius sicut actus eiusdē generis intēsus respectu eiusdē generis alijs oīb⁹ circūstātijs parib⁹. ⁊ sic posset aliqua dilectio viatoris remissa per solā cōtinuationē equari dilectioni aīe christi. ⁊ sic faciens maximos actus virtutū: sicut moriens p christo nō tātū ꝑmiabit sicut cōtinuans remissā dilectionē p tps magnū. Cōseqns est falsum. ⁊ contra Aristo. ix. Ethico. vbi dicit ꝙ studiosus eligit magis per paucū tempus valide agere: ꝙ̄ per multum tēp⁹ quiete: ⁊ viuere bñ p paucos dies ꝙ̄ quali tercūq; p multos: ⁊ actionē vnam bonam facere ꝙ̄ multas paruas. Quito si sic: tūc posset deus aliquē cōseruare in statu merēdi vltra q̄cumq; tps futurū finitū signabile: ⁊ sic talis vltra meritum finitū posset plus mereri: quātū aīa sua ꝑm intentū in volūtate foret manēte capacitate: ⁊ sic posset p̄cedere meritū christi nō aucta capacitate sue: ⁊ oporteret dicere ꝙ attinget maximā charitatē cui⁹ est capax hic in via: qđ est cōtra Aug. in epistola quadā: vbi dicit ꝙ pessima charitas est que nō vltra in via augeri inuenit. Sexto ꝙ circūstātia tēporis ceteris parib⁹ nō auget meritū vl̄ demeritum arguitur sic. Ponam⁹ ꝙ oīa q̄escant ⁊ petrū viatorem habentē p̄ceptū de actu dilectionis. ſi igit tps aliqđ faciat ad meritum: sequeret ꝙ petr⁹ reb⁹ q̄escētib⁹ non tātū posset mereri sicut si aliq̄ mouerētur. ꝯñs ptz: q: si oīa q̄escerēt: nō esset tēp⁹ ꝑm

Marginal notes: Impugnatio solutionis. Prima — Secūda — Tertia — Secūdum principale — Tertiū — Quartū — Quītū — Sextū

Augustinū. Si dicat̄ ꝙ sit tp̄s ꝓprium illi
us dilectiōis: ⁊ illud augebit meritū. Con
tra. act⁹ pri⁹ est naturalr̄ ad illud meritum
q: ille act⁹ p̄supponit̄ discretiōi q̄ ptes sue
Septi- acapiātur s̄m pri⁹ ⁊ posteri⁹: q̄ ille act⁹ sit
mum. tp̄s. Septimo ꝑ auctoritatē Hugonis de
sacramentis. li. ij. pte. xiiij. ca. vj. vbi dicit ꝙ
opus extrinsecū nihil addit ad meritum su
pra voluntatē: nisi voluntas cū ope augea
tur: quā difficile ē nō augere cū ope siue in
bono siue in malo. ⁊ addit ꝙ quātū crescat
voluntas bona: tātū crescit ⁊ meritum. Et
si cōtinuaret tantā esse voluntatē quāta est
in illo q̄ opus exercet: q: voluntas est in eo
dē: difficile esse non posset. ex hoc dicto ar-
guitur ꝑ locū a multo fortiori. si op⁹ nihil
addit qd̄ tp̄s nō addit: nec cū tpe crescat
O volūtas: nec s̄m se nec s̄m aliquā circūstā-
In op- tiā eq̄ie tp̄s auget: seq̄tur meritū augeri cu
positū. iuslibet circūstantie. ergo ⁊c. Ad partē op-
Primo positā arguitur sic ꝑ media. x. Primo sic: si
circūstantia tp̄is nō augeret meritū ceteris
circūstātijs parib⁹: nō grauius peccaret q̄
cū ceteris circūstantijs continuaret volun
tatem suā peccādi vniformiter per diē q̄ꝑ
horā: aut ꝑ qd̄cūq̄ magnū tp̄s q̄ per mi-
nimū signabile. ꝯn̄s est falsum: q: sic nō es
set maior penitentia iniūgenda tali diuti⁹
peccāti q̄ alteri: nec sepius delinquēti aliq̄
vno genere peccati/ q̄ si eisdē circūstantijs
vna vice tantū delinqueret. cuius cōtrariū
Scd̄o. sn̄ tenet ecclesia ⁊ magister sniarum. lib. iiij
di. vj. Secundo si cōtinuatio tp̄is nō ag-
grauaret: seq̄tur ꝙ peccās semel aliq̄ pctō
per horā: post horā nō penitens: sed tūc ꝑ
residuū v. te faciens multa bona de suo ge
nere: ⁊ sic decedens: ita grauiter puniretur
eternaliter/ sicut alius continuans primū
Tertio genus actus peccati per totum tēpus ⁊ ꝑ
residuū vite sue. quod est absurdū. Tertio
sic. continuans pctm̄ per tempus mai⁹ pl⁹
de tp̄e sibi concesso ad bene viuendū inuti
liter cōsumit: ergo ceteris parib⁹ plus pec-
cat. Confirmatur. si plus temporis inutili-
ter expendens non grauius peccaret: pari
ratione/ nec plus de pecunia dn̄i sui inutili
ter expendēs maiorem iniustitiam faceret
Quar- Quarto sic. quanto aliquis magis certis
to. circūstantijs diu peccat continuans actum
peccandi: tanto magis disponit se ad peccā
dum ex habitu: ⁊ forte induat consuetudi-
nē: ergo grauius peccat. Consequētia pꝫ:
q: consuetudo facit peccatū apparere ma-
gis delectabile: ⁊ plus disponit ad finalem
impenitentiā. Quinto sic. incipiēs pecca- Quito
tum cū aliquib⁹ circūstantijs certis: si non
aggrauaretur ex tpe augmentato: si in me
dio tp̄is cessaret ab isto peccato: vel incipe-
ret peccare pctō leuiori: nō meret̄ augmen
tū pene pri⁹ debite. consequens est falsum
Consequentia patet: q: tunc si isto tpe pec-
casset continuādo peccatū grauius ex deli-
beratione: non ꝓpter hoc meruisset maio-
rem penā q̄ meruit a pn̄cipio illius act⁹: ḡ
ꝑ illud tp̄s incipiēdo ⁊ ꝯtinuando minus
peccanti nō augebit̄ pena. Cōsequētia pꝫ
q: iniustum esset ꝙ minus peccans punire
tur plus: ⁊ grauius peccās min⁹. Sexto Sexto
sic. faciēs op⁹ seruile in sabbato/ graui⁹ pec
caret si cōtinuaret opus ꝑ totum sabbatū:
q̄ si cessaret cito post pn̄cipiū: sed sicut p̄-
ceptū de obseruatione sabbati obligat pro
certo tempore: ita cetera precepta eius que
sunt. Non mechaberis. non furtum facies:
obligant pro omni tempore. ergo plus pec
cat magis violans de tpe ⁊ transgressione
illorū preceptorū. Septio sic. pono ꝙ de⁹ Septi
precipiat aliquibus duobus equalibus in mo.
oībus naturalib⁹/ ꝙ ipsi incipiāt aliquod
opus certū: ⁊ continuent per vnā horā inte
grē: ⁊ incipiant simul: ⁊ cesset vnus multo
citius q̄ alius: tūc vterq̄ cōtra pctm̄ cesset
ante finem hore: ⁊ ex equali voluntate. tūc
arguit̄ sic. primū cessans pl⁹ peccat: q̄a mi-
nus adimplet de isto qd̄ pceptū fuit: sꝫ hoc
nō eēt cū cetera sunt paria/ nisi tp̄s aggra-
uaret. ḡ ⁊c. Octauo sic. si nō: tūc penitēti Octa-
iniungat̄ aliqua pn̄ia continuanda per cer uo.
tū tp̄s: si aliūde actus penitētie fuerit fini-
tus circūstantijs paribus: ꝑ totū illud tem
pus nō plus meret̄ q̄ si in medietate isti⁹
tp̄is actum illū egisset: si tamē solum vnus
actus fuisset sibi iniunctus. ꝯn̄s est falsum
q: tunc discreti cōfessores ꝓrogarēt h̄mōi
penitētias. Si dicat̄ ꝙ imo: q: difficili⁹ est Euasio
per multa tp̄a continuare actū: ⁊ ideo ma-
gis meritorium. Contra. ista r̄n̄sio concedit Repre
ꝓpositū: ꝙ illa difficultas nō crescat de du hensio
ratione in maiori tempore ceteris paribus
⁊ hoc est ꝓpositū. Nono sic. tunc incipiens Nono.
aliquē actū meritoriū/ ⁊ cōtinuās istū per
aliqd̄ tp̄s magnum cum ceteris circūstan
tijs parib⁹/ nihil mereret̄ nouū post pn̄ci-
piū act⁹: q̄ diu cōtinuaret sub circūstantijs
ergo si nō hꝫ melius de cōtinuādo: melius
esset cessare statim post pn̄cipiū: ⁊ incipere

nouū actū in alio interuallo quātūcūq3 re
missum: si ꝑ actū ɔtinuatū nō augeat me-
Decio. ritū. ɔñs falsum. Decimo si diligēs meri
torie ꝑ aliqd tps ɔtinue bene vtit tota par
te tpis: ⁊ nō sicut de quolibet potentia sal
tem noua rōne iustitie: meret nouum meri
Prima tū. ergo ⁊c. Iste sunt rōnes ꝓ ⁊ ꝯ. Iam
distin. ponā distinctiones quorūdā: quarū prima
est ꝙ duplex ē tps: videlʒ tps cōe quo oīa
mēsurant̄ ſm eoꝝ duratione: qd est mot⁹:
⁊ tps cōpositū quo vnaquecq3 res quoad
suā duratione mensurat̄: qd tps nō differt
Scda ab ipsa re. Scda distinctio est ꝙ tps cir-
distin. cūstat actū mortalē tripl'r. Prio mō sic ꝙ
cū tpe aucto augetur difficultas ɔtinuan-
di actū fatigantē virtutē opatiuā: vel pro-
pter alteratione ad diminuendū actū: vel
circūstātia alia retrahentia ab actu. Secūdo
modo tps sic circūstat actū/ꝙ post actū in
choatū vtilitas sit cā motiua ad operādū.
Tertio mō ɔtingit/licet raro/ꝙ tps sic cir
cūstat actū: ꝙ nō cū quocumq3 augmento
tpis crescit aliqd augmētū meriti. ⁊ tunc
ex circūstantia tpis nihil circūstat nouum
Tertia actū: nisi bon⁹ vius noui tpis. Tertia di
distin. stinctio: ꝙ tps pōt intelligi circūstare actū
meritoriū dupl'r. Uno mō sicut aliquid de-
putatū vel debitū determinate ex precepto
vel consilio diuino ad mensurandū actum.
Alio modo ꝙ ex libertate volūtatis sit as-
sumptum ad mensurandū actū qui posset
fieri in nō tpe: vel minori vel maiori ad pla
Quar- citum. Quarta distinctio est: abusus tem
ta dist. poris/vel bonus vsus pōt intelligi duob⁹
modis: q2 aut tpis in actu: aut tpis in po-
tentia. Abuti aūt tpe in actu/non est aliud
ꝙ numerata duratione ex electione velle
actū malū tanto tpe durare. Abuti vo tpe
in potentia non est aliud ꝙ abuti actu mē
surabili ⁊ numerabili ab aīa ſm pri⁹ ⁊ po-
sterius. Nam tps in potētia nihil addit in
potentia super motū mensurabilē: sicut pʒ
iiij. physicoꝝ. Istis ꝑsuppositis dico ad pū
ctum istius articuli: ⁊ loquar de tpe cōmu-
ni vel ꝓprio: ⁊ de tpe in actu si circumstat
actū meritoriū vel demeritoriū primo mo-
do scde distinctiōis. videlicet ꝙ crescat alia
⁊ alia circūstantia: puta diffinitiua operan
di: aut intentio voluntati: aut auctio dura-
tioni: tunc bene verū est ꝙ causet meritum
vel demeritū ex augmēto tpis: ⁊ hoc dupl'r
pōt esse. Uno modo q2 aucta deliberatiōe
vtit̄ ista causa sibi cōcessa in vsum actu nu
merādo durationem alterius. Alio modo
causa ex tēpore: q2 ab initio tpis aucti cepit
augmentari bona vel mala circumstantia
alia a tpe: aut de nouo incepit. Si vo tps
circūstat sic actū ꝙ nō crescat cū actu bona
circūstātia vel mala: videlicet tertio modo
secunde distinctionis: tunc nō est crementū
nisi ex vsu bono tpis vel malo: ex quo cre-
mento nō sequitur nisi possibilis infinitas
meriti: sed difficile aut impossibile videtur
augere tps mēsurās actū: nisi bonitas ali-
unde augeatur. Uñ finaliter dicit ꝙ videt̄
assentiendū parti affirmatiue cōclusionis:
videlʒ ꝙ circumstantia tpis auget meritū
vel demeritū opationis: circūstantijs ma-
nentibus eisdē. Hec sunt dicta de vbo ad
verbū in rñsione ad qōnem: rñdēdo ad ar
gumenta ꝓ parte negatiua. ⁊ finaliter ad
multa argumēta cōtra eū replicata videt̄
dicere ɔtrariū. videlʒ ꝙ sola circumstantia
tēporis non auget meritū vel demeritum
opationis: nisi aliūde aliqua circumstantia
crescat bona vel mala. Uñ in rñdendo ad
argumentū cuiusdā ɔtra eū replicantis di
cit hec est positio mea: ⁊ fuit in isto articulo
ceteris manētibus paribus sic: ꝙ cum tpe
nō crescat aliqua alia circūstantia in bono
vel in malo: circūstātia vel augmentū tpis
nō auget meritū vel demeritū opationis.
Unde ɔtra hanc negatiuā ꝙ circūstantia
tpis nō auget meritū: ꝓcesserūt argumen
ta diuersoꝝ facta ꝯ eum: nō ꝯ affirmatiuā.
Unde obscure videt̄ scripsisse ⁊ quasi ɔtra-
rie: ergo tenet partem negatiuā: nō obstan
te ꝙ argumēta ꝓ ista parte soluat: mani-
feste pʒ ex dictis suis ad argumenta illa.
Ad primū rñdet sic: quādo arguit̄ sic ꝙ Ad pri
si circūstantia tpis auget: tunc maius tem mum.
pus magis augeret. Dicit ꝙ verū est si cū Rñsio
tpe crescat aliqua alia circumstātia. si non cuiusd.
crescat circūstantia nisi bonus vsus tpis:
tunc ex illa solum crescit. ⁊ cū dr ꝙ ita cre-
sceret meritū in infinitū: si ideo voluerit be
ne agere per infinitos dies: non sequitur:
q2 qui vult bene vel meritorie vti aliquo
tpe quātūcūq3 paruo sub aliq certo gradu:
ɔstat ꝙ tūc nō vult aliq tpe futuro abuti: ⁊
⁊ ꝑ ɔñs interꝑtatiue vult ⁊ cēsendus ē be
ne velle vti omni tpe futuro: si de⁹ h vellet
volūtate ꝑcepti. ⁊ idē est meritū correspon
dēs bone voluntati q̄ q̄s vult vti aliq tpe
quātūcūq3 paruo: ⁊ qua vult vti infinito. bo
nus tamē vsus de facto maioris tpis est vt

cōiter maioris meriti: ꝓpter difficultatē ꝛ alias circūstantias q̄ nunc crescūt cū tpe: ſʒ nō ꝯtinue. Idem dicendū est de volēte pec care: vel de volūtate peccādi per vnū diem ꝛ ꝑ infinitos. q̄ eñ voluerit ꝑ vnū diē pec care mortaliter: tollit sibi ptātē bene agen di ꝑ infinitos dies si possit durare. ꝛ ita tā ta est volitio respectu vni⁹ diei: sicut respe ctu omniū. vsus tamē de facto diuturnior peior est vt cōiter: ꝓpter incrementū cōmu niter ꝯtingēs de facto circūstantiaꝝ mala rū ꝛ volitiōis in se: q̄ crescat vel in bono vel in malo vt cōiter cū cōtinuatione operatio nis ꝛ tpis. Si arguat̄ ꝯtra istam rn̄sionē sic. peius est peccare diuturnius q̄ꝫ breuius ceteris paribus. ergo peius est velle pecca re diuturnius q̄ꝫ breuius. negat ꝯn̄am; qꝛ q̄ vult peccare per vnū diē: vult interpreta tiue peccare ꝑ tp̄s infinitū.

Q Ad secundū. Ad scd̄m qn̄ deducit̄ ꝙ eliciens actū remissum subito/ nō tātū meret̄ quantū mereret̄ ꝯtinuādo actū ꝑ tp̄s. Cōcedit. si tn̄ ille qui meret̄ sit capax ꝯtinue maioris meriti ſm intensio nē. ꝛ sic si cū hoc crescat alia circūstātia bo na. Si ṽo alterū illoꝝ deficiat: nō sequitur. In christo aūt defecit ptās plus capiēdi q̄ꝫ habuit in principio sue cōceptionis. ꝛ ideo nō potuit in merito ꝓficere.

Ad tertium. Ad tertium qn̄ arguitur ꝙ ex multitudine ꝛc. Dicit ꝙ verū est eo modo quo dictū est de tpe: vide licet si positis duob⁹ instātib⁹ alia circūstā tia augeat̄: nō tn̄ est possibile ꝙ hoc fiat in quolibet instāti sequēti: ꝛ ideo ſʒ sit multi tudo infinita instantiū: nō tn̄ sequit̄ infini tas meriti: nec bonus vsus instantis sequē tis quicq̄ꝫ addit sup̱ vsum primi instantis: nisi sit aliqua alia circūstantia aucta: quā necesse est augere: si fuerit aliq̄ꝫ diu ꝯtinua tio actionis. Ecce in rn̄sione ista ꝛ argumē ti p̄cedētis satis expsse dicit ꝙ bonus vsus tpis vel instantis posterioris nō auget me ritū actiōis: nisi aliq̄ alia circūstātia augea tur. ꝛ ꝑ ꝯn̄s ceteris paribus ꝯtinuatio tem poris nihil facit ad meritū vel demeritū. ꝛ hec est ps negatiua articuli ad cōclusionē quā tenet.

R Ad quartum. Ad quartū qn̄ arguitur ꝙ fa ciēs aliquē actū remissum in aliquo gene re meriti ꝯtinuādo ꝑ tp̄s possit tm̄ mereri faciēdo actū eiusdē gn̄is intensissimum ali quo tpe. Rn̄det ꝙ hoc est bn̄ possibile: nec tn̄ sequit̄ ex hoc ꝙ omnis viator plus re misse diligēs/ꝑ ꝯtinuationē tpis solā pos sit diligere deū equalr̄ cū christo: qꝛ nullus ſm legē ordinatā attinget tantā capacita tē quantā habuit christ⁹: ꝛ null⁹ poterit ꝑ oīa circūstātiare ita actū suū. ꝛ cum hoc di ctū est pri⁹ ꝙ maius tp̄s nō plus addit in tētioni meriti q̄ꝫ minus aucta alia circum stātia. Et ad pħm lib. Ethi. ꝙ melius ē mo dico tpe magnū agere q̄ꝫ diu remisse: patet.

S Ad quintum. Ad quintū qn̄ arguit̄ ꝙ tūc causato esse alicui⁹/de potētia dei absoluta vltra quod cumq̄ꝫ tp̄s signabile talis pōt mereri vltra quodcūq̄ꝫ meritū signabile: quātūcūq̄ꝫ eēt remisse charitatis ſm intellectū volentem: aut posset venire in vna ad tantū meritum ꝙ maius nō posset mereri. Rn̄det ꝙ scd̄a pars est possibilis de potētia dei absoluta ꝯseruāte sic creaturā: ꝛ nō augēte ipsius ca pacitatē. talis eñ post impletā charitatem merebit̄ idē pluribus actibus: sicut fuit in auctē Aug. in ep̄la ad Hiero. ꝛ alie similes intelliguntur de lege statuta que iam cur rit de duratione.

T Ad sextum. Ad sextū qn̄ arguitur ꝙ si deus faceret oīa quiescere ꝛc. Rn̄det̄ du pliciter. Primo modo ꝙ illa actio fieret in tpe: qꝛ illa actio numeralis esset tp̄s in po tentia: ꝛ vt actu numerata ſm prius ꝛ po sterius esset tp̄s in actu: sicut de motu tene tur: qui vt est actu numeratus ſm prius ꝛ posterius/est tp̄s suū propriū: tn̄ ista decla ratio presupponit̄ diuisioni sue ſm prius ꝛ posterius. verū est ꝙ presupponit̄ priori tate materie ad formā: ſʒ diuisio ſm prius ꝛ posterius presupponit̄ sibi ꝯ̄trio priorita te forme ad materiā. ꝛ talis prioritas du plex est inter motū celi ꝛ tp̄s. Alio modo di cit ꝙ dici posset rōnabilr̄: ꝙ si oīa quiesce rēt preter Petrū elicientē illū actū ꝙ nullū tp̄s foret: ꝙ nullus motus esset; qꝛ posito isto actu nō foret Petrus mutatus ꝑ illum qꝛ per illū in nullo se haberet diligens ali ter q̄ꝫ prius respectu vllius rei.

V Ad septimum. Ad septi mum de auctoritate Hugōis dicit ꝙ facit ꝓ opinione dicta: si intelligit̄ ille ꝓportio nabiliter de tpe. Neutrū eñ addit de boni tate vel malitia: nisi quātū eoꝝ vsus est bo nus vel mal⁹: quātū cū ipsis crescit aut cir cumstantia bona vel mala: nec est possibile aliter esse nisi ꝓ modica miseria vel misera bili quasi vt dicit Hug. Argumēta eñ dicis ꝓ parte affirmatiua: quā teneo ad sic dicē dū in pte ꝯclusiōis supius posita. Vn̄ nō op; ea soluere hic; nec ad pn̄s ea discutio.

X Ad primū pn. Ad rōnes principales. Ad primā qn̄ ar guitur ꝙ quantūcūq̄ꝫ homo viueret in sta

tu ⁊c. Potest cōcedi tenēdo viā scđam po-
sitā in primo articulo: ꝙ nō esset deuenire
ad summū gradū sibi possibilē: ⁊ tunc pos-
set facere opera meritoria: ⁊ nihil nouū ei
correspōderet de ꝑmio essentiali: sꝫ idē qđ
pridē sibi debeť multiplicaꝰ: ⁊ alii mō de me
rito: ⁊ tūc oportet cōcedere ꝙ nō plꝰ aliqͥs
punieť in casu ꝓ pluribꝰ pctīs ꝗ̄ ꝓ paucio
ribꝰ: ⁊ forte nō est incōueniēs: qn̄ ita est ꝙ
ille q̄ peccauit tātā penā meruit quātā po-
tuit sustinere. tūc eñ nō plꝰ pōt sibi infligi
⁊ hec rn̄sio fuit data in arguēdo. Un̄ ad re-
ductionē qn̄ arguiť ꝯ illud: seqͥtur ꝙ aliqͥs
plus posset mereri ⁊c. qꝛ ponatur ꝙ sortes
habeat nunc summū gradū meriti. Ad ista
ꝯñter pōt dici ꝙ ista ꝯn̄a nō valet: si est da
re summū gradum meriti in sorte: ꝗ̄ sortes
pōt plus mereri ꝗ̄ deꝰ pōt sibi recōpensa-
re: illo casu ꝙ sortes habeat summum gra
dū meriti: cōcedo ꝙ post si stet in statu via
toris: poterit facere opera bona et merito-
ria: sed nulliꝰ ꝑmij noui ſm vnā opinionē
quā ponit in li. ij. di. xſ. ꝙ angeli nihil nunc
seruiēdo mereň ad beatitudinē quā prius
acceperunt. Et qn̄ arguiť ꝙ tūc sortes post
summū gradū sibi possibilē ꝑmij adeptum
frustra bene viueret: nego. Nā quia tūc te-
neť totis viribus diligere deū: si remisse vi
ueret: intraret pctm̄ mortale vel veniale:
ideo ad cōtinuandū summū gradū iā acce-
ptū teneť bn̄ viuere. Silr̄ isto casu posito:
forte deꝰ daret sibi nouū ꝑceptū. vnde ista
merita nō faceret frustra. Unde quādo ar-
guiť ꝙ talis fecit plura merita ꝗ̄ deꝰ pos-
set recōpensare. falsum est. immo oīa meri-
ta que posset facere in infinitū: eēnt digne
cōpensata minimo gradu beatitudinis: si
placeret deo. Silr̄ dico ꝙ si cōcederetur ꝙ
deꝰ nō posset eū premiare nouo ꝑmio pro
illis nouis meritis: nulla ex hoc arguiť im
potētia in deo: sed hoc est ex impotētia me-
rētis q̄ nō pōt plura recipere ꝓpter suam
finitā capacitatē. Ad tertiū qn̄ arguiť ꝙ

y Ad tertium.

silr̄ homo posset mereri tpe. Dico ꝙ aliquē
esse debitorē est duplr̄. Uno mō obligatur
ad reddendum mercedem operāti ex certo
operis valore absolute. ⁊ sic nō est possibi-
le ꝙ homo faciat deū debitorē ad dādam
vitam eternam. Alio modo pōt homo face
re debitorem aliquē extensiue ex cōuentio-
ne ⁊ acceptione alterius volētis sibi obli-
gari. ⁊ sic est possibile ꝙ deꝰ sit debitor ho-
minis: qꝛ sic statuit cū homine: ꝙ si serua-
uerit legem suā: reddet sibi vitā eternā. Et
tunc vlterius arguendo: aut potest deꝰ pre
miū reddere isti: aut nō potest. Dico ꝙ de
potentia dei absoluta pōt non reddere isti:
quia non est debitor hominis nisi qꝛ vult
esse debitor. ⁊ ista stant simul: vult sibi ⁊ de
bet sibi vitam eternam: ⁊ tamen pōt nūꝗ̄
voluisse sibi vitam eternam: et potest nūꝗ̄
fuisse suus debitor. Un̄ sicut patebit: qn̄ di
cetur deo dante de futuris contingētibus:
ista cōsequentia non valet: deus potest fa-
cere vel nō facere quod debet: ergo deꝰ pōt
fieri iniustus: qꝛ antecedens est contingēs
⁊ consequens impossibile. debet eñ modo
aīe christi vitā eternā: extendendo nomē de
biti. Silr̄ qn̄ arguitur: si deꝰ est debitor vi-
te eterne: ergo nō datur de gratia. Patꝫ ꝙ
ꝯn̄a nō valet capiendo debitorē scđo mō.
Ulterius qn̄ arguitur ꝙ deus possit fieri
de non ⁊c. Dico ꝙ non est simile de isto ter
mino amicus. Nam bene concedendum est
ꝙ iste terminus debitor de nouo pōt cōpe
tere deo per solam mutationē sortis incipi
entis bn̄ viuere: sed nō est sic de isto termio
amicus: ⁊ ideo vna denoīatio istius termi
ni amicus de nouo arguit mutationem in
denoīato ⁊ non alio: ⁊ hoc si ille q̄ de nouo
dr̄ amicꝰ priꝰ fuit. ⁊ sic loqͥtur Aug. qꝛ verū
ē ꝙ satis cōcedēdū est ꝙ deꝰ fit de nō ami
co amicus. Nā dato ꝙ nūc creet vnā aīam
intellectiuā ꝑdestinatā. Dico ꝙ nūc primo
est deꝰ amicꝰ illius aīe: qꝛ non pōt amicus
esse ad nihil. Ad tertiū pōt dici ꝙ antece

Z Ad tertium.

dens est falsum: videlicet istud qđ apprehē
diť vt maius bonū: magis inclinat semper
volūtatem. Nam demones apprehendunt
deū vt bonū infinitum: ⁊ peccantes in via
similiter: ⁊ tñ non diligunt eum. sicut inui-
dus apprehēdit ꝓximū meliorē se: tamen
illa apprehensio nō causat dilectionem: sed
odiū. Ad secundū ꝑncipale qn̄ arguitur

A A Ad secundum princi.

ꝙ si vie viuēdi ⁊c. tūc hoc maxime esset de
via mādatorū: cōcedo. Ad improbationem
aūt qn̄ dr̄: ergo hō obligať ad obseruantiā
mādatorū in charitate: vel tantū ad facien-
dū substātiā actus cadentis in mādato: vel
ad omittendum sicut mādatum iubet. Di-
cendū ꝙ hoī non solū sufficit obseruantia
mandati quantū ad substātiam actꝰ: qꝛ sic
existens in peccato mortali pōt obseruare
mādatū. Et quādo arguiť contra illud sic:
quia sic homo non posset implere mādatū
virtuose. Dicendū ꝙ prima cōsequētia nō

valet. Ad dictū Arist.iij.Ethi.c.iiij.ꝙ virtuosus agēs ꝛc. Dico ꝙ Aristoteles extendit nomen sciētie ad fidē ꝛ opinionē. vnde non requirif ad hoc ꝙ homo agat virtuose:ꝙ sciat oēs circumstantias actus sui sciencia proprie dicta. sicut non est necesse ꝙ homo dans eleemosynā/sciat scientia proprie dicta ꝙ ille cui dat sit indigēs: sȝ sufficit fides vel opinio. Et eodē modo ad hoc ꝙ hō virtuose obsequaf ꝛ obseruet diuina mādata:nō oportet ꝙ sciat se esse in charitate sciētia ꝓprie dicta:sȝ sufficit ꝙ credat.

Ad secūdum argu. Ad scōm qñ arguitur. q: si sic: tunc existens in furto ꝛc. Dico ꝙ duplex est transgressio. vna cōpleta: alia diminuta. Cōpleta est quādo totū preceptum quantum ad substātiam actus ꝛ modum pcepti ptermittitur. Diminuta quādo aliquid qđ includitur in pcepto ptermittif. Primo modo nō trāsgredif oīa precepta q̄ trāsgredif vnū: ideo non est nisi vnū pctm̄ ꝛ vnus reatus. Secūdo mō transgreditur omnia q̄cumq peccat mo: tali:et ptermittit vnū generale quod est inclusum in oī mādato.

Ad tertium. Ad tertiū quādo arguitur ꝙ si melius caderet in pcepto christi ꝛc. Dico ꝙ illud testimoniū nō habet fieri per scio: sed p credo: sicut in purgationib⁹ ꝛ depositionibus de literatura ꝛ de morib⁹ apud alios obseruatores.et tale testimoniū cōsciētie habet homo: qñ non est sibi cōscius de mortali.

Ad q̄rtum. Ad quartū quādo arguif ꝙ gratia nō reddit actum volūtatis. ergo nō requirif ad cōpletionē precepti. Potest dici negādo ꝯñam. iō eñi requirif ꝙ placeat deo de facto: q: homo per actus liberi arbitrij nō meretur: nisi sic ꝙ aīa sua tali habitu informetur.

Ad quītum. Ad quītum quādo arguif: aut grā satiat animam ꝛc. Dicēdum ꝙ satiat ꝛ adiuuat ad implendū ꝛ ad bene opandū: sicut expresse patet secundo sentētiarū. ꝛ neganda est cōsequentia:iuuat ꝛ satiat:ergo hō pōt perpēdere se habere grām. Dico ꝙ licet hō non perpendat se perfecte habere grām:loquendo de perpēsione sciētifica: potest hoc tamē p cōiecturas ꝓbabiliter cōijcere.s. ꝙ est in gratia:quādo experif se promptum: ꝛ delectatur implere mādata vel velle implere mādata. Unde dato ꝙ gratia non iuuet ad intēsiorem actum: tamē non sequif ꝙ non iuuat: q: iuuat ad hoc ꝙ ille act⁹ q̄ nō foret accept⁹ ad vitam eternā quantūcūq intensus sine gratia:iam existēte gratia est dign⁹ vita eterna ex lege statuta que nunc currit. Sed quādo vlterius arguitur: quanto minor est difficultas in impletione mādati ꝛc. Dicendū est ad maiorem ꝙ non omnis difficultas circa actum auget meritū: nec oīs facilitas diminuit meritū: alioquin habituat⁹ qui facilius opaf virtuose q̄ non habituat⁹: minus meretur ceteris paribus.cōsequēs est falsum: q: si ista difficultas augeret precise sibi meritum: sequeretur ꝙ ex mora actionis vel obstaculo cēt perfectio operantis:quod non est verum:si operās fuit causa illi⁹ difficultatis. sicut assuetus ad peccandum/ patitur difficultatē in abstinendo se a peccato:sed ista difficultas non auget meritum: immo est culpabilis difficultas: q: ipsum in voluntate fuit illicite causa illi⁹ difficultatis. sicut nec oīs impotētia excusat hominem ab actu respectu cuius est impotens: q: impotentia q̄ in homine fuit illicite causata: nō excusat ꝑm Ans.primo cur deus homo.c.xiiij.sed ipsa ipotētia in culpa est. Sic pz ad istū dicendum: ꝙ cōcessa minore maior est neganda ꝛ etiā absolute. BB

Ad tertiū pn. Ad terciū principale cōcedendū est ꝙ p viā pñse hō pōt mereri vitā eternā. ꝛ ad totū illud argumētū pz p ea q̄ dicta sunt in scōo articulo cōclusionis

Ad q̄rtum. Ad quartū sīlr pncipale qñ arguif: si sic tūc magis esset meritoriū bonū opus per diē ꝙ p horā ceteris circūstantijs paribus dictum est ad illud in tertio articulo.

Z Qō.iiij Primū princi. Utrū volūtas humana in vtēdo creaturis sit libera:ꝛ videf ꝙ nō: q: sic se q̄ref ꝙ volūtas creata esset īfinite ṽtut(.ꝯñs falsum: q: sic foret deꝰ.ꝯñam ꝓbo: q: volūtas ītēdo creaturis ordinate patitur difficultatē. Uñ Arist.ij.Ethi. Uirt⁹ ꝯsistit circa difficile.q̄ro ḡ vtrū volūtas pōt sup difficultatē maiorē ꝛ maiorē in infinitū an nō? Si primū: habeo ꝓpositū. Si scōm: ḡ aliqua difficultas vincet volūtatē: ḡ nō semp libere vtif creaturis.

Scōm Scōo sic. fortiori tentationi resistit volūtas:ḡ prima volūtas sup fortiorē tentationē ꝛ fortiorē:ꝛ sic sine statu:vł nō. si sic:ergo est infinite ṽtutis. si nō: ḡ potest vinci a tētatione.ꝯñs cōtra Ans.de libero arbi.c.vj.vbi inquit. Difficultas nō pimit volūtatis libertatē.impugnare namq pōt inuitā volūtatē:expugnare nequit inuitā

Tertiū Tertio sic. inter quecūq; duo est resisten-
tia: ibi est ꝓportio infinita: q2 si alterū eēt
infinitū: alterū sibi nō resisteret: ergo cū in
ter tentationē ꝛ voluntatē sit actio ꝛ resistē
tia: qn̄ volūtas resistit tentationi: sequit̄ ꝙ
inter voluntatē resistentē ꝛ tentationē eli-
cientē est ꝓportio finita: ergo vna poterit
sic excedere aliā/ꝙ vincet ipsam: igit̄ volun
tas pōt vinci: ergo nō est libera in vtendo.
Quar- Quarto sic. si volūtas esset simul libera:
tum. nec aliquā difficultatē ī eliciēdo act⁹ suos
sentiret: sequit̄ ꝙ nō esset difficilius velle
subire martyriū q̄ꝫ leuare festucā. Confir-
mat̄ rō: q2 si volūtas pōt eque facil̄r agere
circa materiā difficilē sicut circa materiam
facilē: sequit̄ ꝙ non erit magis virtuosum
seruare p̄cepta ꝛ ꝯsilia/q̄ꝫ seruare precepta
tantū. ꝯn̄s falsum: ꝛ ꝯ sctōs: ꝛ etiā Arist. q̄
dicit. iij. Ethi. in fi. Difficilius est sustinere
terribilia: q̄ꝫ abstinere a delectabilib⁹. ꝛ iō
ꝯcludit ꝙ fortitudo est melior tēperantia.
ergo voluntas pōt difficultari: ꝛ plura vin
ci: nisi ponat̄ infinite resistētie: qđ est ꝓpo
Quītū situ̅. Quīto. si sic: tūc volūtas libere ꝓnci
piaret actū suū. ꝯn̄s falsum. q2 vel qn̄ act⁹
est: vel qn̄ nō est. Nō qn̄ est: q2 omne quod
est/qn̄ est: necesse est esse. primo peri herme
nias. Sed liberū arbitrium non est respectu
p̄sentis vel preteriti: sꝫ tm̄ futuroꝝ ꝯm ma
gistrū libro. ij. dist. xxv. vbi vult ꝙ volūtas
libere causat actū suum. Nec qn̄ actus non
est: q2 qđ nō est/nō causatur: vt notum est.
Sextū Sexto sic. voluntas nihil pōt velle: nisi
sit sibi cōmodū ꝛ bonū: ergo non est in sua
Septi- ptāte qđ velit aut qđ diligit. Septimo
mum. quero que est causa ꝙ volūtas ponit̄ ꝓdu
cere libere actus suos? ꝛ nō videt̄ alia nisi
ꝙ si nō causaret libere actus suos: nō esset
ꝓpter eos laudabilis nec vituperabilis: nec
mereret̄ nec demereret̄. sꝫ ista cā nō est vā:
q2 sic si deus immediate causaret actū dili-
gendi se: per ip̄m homo non posset mereri.
Et sil̄r sequit̄ ꝙ ꝓducere talem voluntatē
esset magis meritoriū q̄ꝫ ipsamet dilectio.
ꝛ sic agere dilectionē mai⁹ eēt q̄ꝫ diligere.
Octa- Octauo q̄ro an voluntas est cā sola sue
uum. volitionis: an aliqđ aliud opꝫ cōcurrere? si
detur scđm: tunc opꝫ aliā correspōdentem
necessario cōcurrere ad causandum volitio
nem: ergo volitio nō est in mera ptāte vo-
lūtatis: nec causat̄ sil̄r a potētia libera. Si
non: ꝯ. nihil amat̄ nisi cognitū: ḡ cognitio
requirit̄ necessario ad dilectionem, q2 ꝯm
Aug. oīs amor ꝓcedit ex aliqua notitia: ḡ
notitia concausat amorē: sed notitia est cā
naturalis ꝛ nō libera. ergo dilectio causa-
tur a causa naturali: saltē sicut a cā partia
li: ḡ cū actus volūtatis nō dependet a sola
volūtate: voluntas non erit simpl̄r libera. B
Ad oppositū arguo sic: nisi voluntas hu In op-
mana posset libere vti creaturis: frustra da positū.
ret̄ hoī preceptū de vsu creaturarū: dat̄ eñ
a deo p̄ceptū de dilectiōe ꝓximi. ꝛ constat
ꝙ nō dꝫ illo frui: ergo ꝛc. Preterea nisi vo-
luntas libere act⁹ suos causaret: nō rōna-
biliter ponerent̄ leges: ꝛ imponerent̄ pene
vel p̄mia. ꝛ hoc etiā tenet Aug. de lib. ar. ꝛ
Ans. ꝑ totū. In ista qōne pono tres con C
clusiones: Prima est: ꝙ volūtas est cā libe Prima
ra suoꝝ actuū saltē aliquoꝝ. que ꝯclusio pꝫ ꝯclusio
experimēto ꝛ auctoritate. experimēto sicut
vult Arist. in exēplo ij. phys. Capio aliquē
qui pōt ire ad foꝝ: ꝛ pōt non ire ad forū: si
talis vadat: peto que est cā īmediata illi⁹
itineris? Nō pōt dici ꝙ aliqđ aliud q̄ꝫ volū
tas: q2 sicut hō experit̄ in se: si aliqs sibi di
cat ꝙ illo vadat: potest libere nō ire si vult.
Simil̄r si aliqs sibi dicit ꝙ nō eat: pōt li-
bere ire si vult. Unde talis experientia sa-
tis rōnabiliter persuadet arbitrij libertatē
Itē pꝫ auctoritate Aristo. viij. metaphy.
ꝛ secundo peri hermenias: ꝙ est vna diffe-
rentia inter potentias rōnales ꝛ irrōna-
les: ꝙ positis oībus que req̄runt̄ ad actio-
nem naturalē. s. approximatione agentis
ad passum: ꝛ medio disposito: ꝛ cessante
oīni īpedimento extrinseco: nō est in ptāte
agentis quin sit actio: sicut ignis approxi
mat⁹ ligno cessante īpedimēto statim agit
ꝛ illud dicit Arist. ꝙ potētie irrōnales de-
terminant̄ ad vnū: ꝛ nō valent ad oīa: sed
potentia rōnalis sic se hꝫ ꝙ positis oībus
req̄sitis ad eandē oꝑationē: sicut cognitio-
ne rei ꝛ virtute agnoscēdi sufficiēte: adhuc
remanet in potētia volūtatis elicere oꝑa-
tionē vel nō elicere. Et iō dicit Arist. ꝙ po
tētie rōnales valēt ad oīa: sꝫ volūtas ē po
tētia rōnalis sicut patebit ī tertia ꝯclusio-
ne ꝛc. Scđa ꝯclo: ꝙ volūtas nō solū est D
cā suoꝝ actuū passibilis: sꝫ etiā actiua. Hec Scđa
ꝯclusio ꝓbat̄ sic. ꝓpter solā receptionē ab ꝯclusio
extrinseco nō debet̄ illi recipienti laus vel
vituperatio: sꝫ ꝓpter act⁹ volūtatis debet̄ vo
lūtati laus vel vituperiū: igit̄ actus volū-
tatis non recipiuntur mere ab extrinseco.
Confirmat̄. q2. ij. Ethico. nullus laudatur

ꝓ eo qḋ nõ est in ptāte sua. Scḋo sic. illud qḋ alicui imprimit mere ab extrinseco: non est dicendū in eius ptāte: sed actus volun-tatis aliqñ saltem est in eius ptāte: dicente Aug. in lib. de trini. ⁊ retracta. Nihil est tā in ptāte volūtatis sicut ipsamet volūtas: hoc est volitio: ḡ respectu alicuius act⁹ est voluntas actiua. Et etiā illr sit passiua re-spectu eorūdem/manifestū est: cū sit eorum subiectū: cū sint opatiões in mente ⁊ meta phorice. Tertio sic. null⁹ effectus vel opera tio ḋz magis esse passiuí ꝙ̄ actiui: sed voli-tio ḋz esse volūtatis: ⁊ sibi imputatur sicut cause principali: ḡ volūtas eius est cā effe-ctiua. Quarto sic. si volūtas mouet ab ex-trinseco: ḡ nullo modo est causa effectiua sui actus: cū nõ sit de ptāte volūtatis ipe-dire illa que mouēt ab extrinseco, qꝛ enim mouent naturalr: nõ est in ptāte volūtatis quin actus suus sit in ea. ꝯñs est falsum. Quinto pꝫ hoc de intētiõe Aug. in de tri. vbi dicit ꝙ possibile est esse duos eque dis-positos aīo ⁊ corpe naturalr ab extrinseco: ⁊ eque tentatos de eiusdem corporis pul-chritudine ab extrinseco: ⁊ tñ vnus mouet ad illicite fruendū: ⁊ alius pseuerat in volū tate pudica: ḡ huius voluntatis vel illius nulla põt poni causa effectiua extrinseca: qꝛ omnis causa extrinseca equaliter agit i vtroqꝫ per casum: ⁊ ꝯtingentē diuersitatē opꝫ reducere ad diuersas voluntates sicut ad causas efficientes: quod est ꝓpositum.

E Tertia ꝯclusio Tertia ꝯclusio: ꝙ voluntas non est tota lis causa effectiua sue operationis. Hoc ꝓ batur sic. oīs actus volūtatis presupponit aliquā notitiā: qꝛ nihil amat nec odit nisi sit aliquo modo cognitū: ḡ talis notitia p̄-supposita est aliquo modo causa effectiua partialis actus voluntatis. ꝯña pꝫ: quia nulla res ab alia dependet: nisi aliquo mō illa sit sua causa: qꝛ aīa hic sufficienter con-firmat in esse ꝑ suas causas: qꝛ actus volū tatis depēdet in esse a notitia: ergo ille est ipsius causa: non materialis nec formalis nec finalis: ḡ efficiēs. sed nõ totalis: vt ma nifestū est: ⁊ prius ꝓbatū est: qꝛ voluntas est causa sui actus: ergo notitia est cā effe-ctiua partialis. Scḋo sic. appetibile mouet appetitū. ij. de aīa. ḡ res extra ꝯcausat vo-luntatē vtplurimū: tñ hoc nõ est semp con cedēdū: cū voluntas sit impossibiliū, vt ḋz iij. Ethi. põt causari volitio respectu cuius nulla res extra manet: sꝫ causat ab aīa in formata ceteris cognitiõib⁹ abstractis. sic ut aliquis nulla rosa existēte recordat⁹ ꝙ rosa fuit pulcher flos: appetit hre rosam: nulla rosa concausante illū appetitū. Un-de qñ Arist. dicit. Appetibile mouet appe-titum: ⁊ quod est mouēs primū est mouēs ⁊ nõ motū. accipit appetibile ꝓ re qua ap-petitur: vel pro notitia talis rei. Tantū enī valet notitia rei ad causandū appetitū sic-ut ipsamet res: qꝛ ipsa nunꝙ̄ causat appe-titū nisi ꝑ notitiā sui. ḡ pꝫ ꝙ aliqḋ aliud absolute ꝯcurrit sicut causa partialis effe-ctiua voluntatis. Tertio hoc expresse dicit Ans. de libe. arbi. c. iij. Nullā inquit volun tatem habemus: vtputa que sola sibi suffi-ciat ad actū. Rursus patet illud per Aug. ix. de trin. in diuersis capitulis. Memoria in nobis tenet rõnem patris: intellectus fi lij: amor: spūssancti. ergo amor: procedit ab alio ꝙ̄ a sola voluntate. Quarto pꝫ hec cõ clusio de actu beatifico ⁊ actu dānato repro boꝝ: qꝛ si isti essent totales cause illoꝝ actu um: posset beatus se nõ beatificare: ⁊ dam natus se a pena liberare. ꝯñs falsum. Cõ tra illas ꝯclusiones arguit: ⁊ specialiter ꝯ scḋam ⁊ tertiā. Primo sic contra scḋam. si voluntas foret actiua sue operationis: ali-quid moueret se: ⁊ deduceret se de potētiā ad actū: ⁊ esset in actu ⁊ in potentia respe-ctu eiusdem. ꝯñs falsum: ⁊ ad qḋ deducit cõmentator tāꝙ̄ ad impossibile. ix. Meta. cõmen. ij. Secundo sic. Non stant simul ꝙ voluntas sit causa libera ⁊ actiua: sed est libera respectu sui actus: ergo nõ est effecti ua eius: maior ꝓbatur per cõmentatorem ij. de aīa. cõmen. xlviij. Cõtingens nõ equa liter inuenitur in potentijs agentibus per se: sed in potentijs passiuis: ⁊ earū quarū preparatio ad receptionē duoꝝ cõtrarioꝝ est equalis siue sit intelligentia siue aīa. ḡ voluntas nõ possit esse ꝯtingēs equaliter respectu sui actus: ⁊ tñ actiua eiusdē. Ter tio. si sic: esset ꝓcessus in infinitū in volitio nibus. qꝛ quicquid volūtas ꝓducit: volen do ꝓducit: ergo si actū ꝓducit: volendo ꝓ-ducit actum: ergo per aliā voluntatē: ⁊ il-lam aliā ꝑ tertiā: ⁊ sic i infinitū. Cõfirmat ista rõ ꝑ illud Ans. de casu dia. c. xij. Quic-quid mouet se ad volēdū: prius vult se ita mouere: ergo voluntas ante actum suū co gnoscit ⁊ vult primum actum. ꝯñs falsum: Quarto voluntas habita cognitiõe põt indifferēter velle vel nolle illud: ḡ non ḋz

Cõtra scḋam cõclu. Argui-tur pri mo. Scḋo. Tertio. Quar-to.

Quito terminatur magis ad velle ꝙ nolle. Quito p diffinitionē potētie actiue q.ij.meta. cōi ter ponit.potētia actiua est pncipiū trans⸗ mutādi alterū inquātū alterū: ḡ nulla res trāsmutat se. Cōfirmat p dictū cōmentato ris.ix.meta. Potētia agens est illud qd̄ est pncipiū transmutatiōis. Et aliud ħm qd̄ est aliud:cū sit manifestū ꝙ nihil agit in se

Cōtra tertiā ꝑdu. ipsum. Contra tertiā arguo sic. deus est causa totalis volitionis: ergo volūtas nō est causa partialis. ꝯña ptz.ꝛ antecedens

Arguit primo. pbo p descriptionem cause totalis:que est hec.Causa totalis est qua posita ꝛ omibus alijs circūscriptis/ponit eius effectus: ꝛ q̄ nō posita oībus alijs positis/nō ponit effe ctus.sed posito ꝙ deꝰ actū voluntatis cau set:omni alia causa circūscripta: actus iste erit.Et posito ꝙ velit actū istū nō esse:omi alia cā posita:actus ille nō erit: ḡ deus est

Scdo. causa totalis istius actus: Scdo pbo ꝙ dato hoc sequit ꝙ crescente notitia augme tetur dilectio necessario. ꝛ sic voluntas ve lit intensius ꝙ prius inuite.Consequentiā primā pbo: qꝛ quādo cā alicuius effectus crescit:que cā naturalr agit: ꝛ ħm vltimū qd̄ pōt/opꝫ effectū crescere. capio tunc istū gradū:iste gradus est a sola notitia:qꝛ vo luntas manet vniformiter: ergo sola noti tia est causa totalis alicuiꝰ gradus dilectio nis:sed q̄libet gradus dilectionis est eiuſ dem rōnis cū alio:ergo qua ratiōe notitia causat istū:posset causare quēlibet.ergo ali

Tertio. qua est dilectio totalis sine volūtate. Ter tio sic.stante notitia eadem/ pōt voluntas amare ꝛ odire eundē:ergo si notitia sit cau sa voluntatis actus volūtatis: sequitur ꝙ idem agens naturale erit causa cōtrarioꝝ naturaliter in passo vniformiter dispositio.

Rūdet ad pri: Ad primū qn̄ arguit ꝙ si voluntas fo ret ꝛc. Dico ꝙ nō est incōueniens ꝙ idem reducat se de potētia ad actū scdm. sed ad actū primū nihil reducit se: qꝛ nihil gene rat se:nec trāsmutat se vt cā totalis.Ad cō firmationē ꝯsequētis que dicit esse incon ueniēs idē esse in potentia ꝛ actu: cōcedo: ꝛ ꝙ voluntas qn̄ est in potētia ad actū: sic ut est anteꝙ velit: non est in actu respectu istius actus ꝯtinuās i lū actualiter: vnde solet dici ꝙ ꝯtinuat actū virtualiter: ſꝫ nō formaliter anteꝙ actus pducat:ergo pōt

Obiectio pri ma. se sicut causa ptialis trāsmutare ad actum Cōtra arguit sic.aliqd̄ potest moueri a se: nec valet ꝓcessus per philosophum dicen tem.Omne qd̄ mouet:mouetur ab alio. a qua ꝓpōne cū nō sit ꝓcessus in infinitum in motibus ꝛ motis:ꝯcludit ꝙ est deueni re ad vnū immobile.Itē.viij.phys.cōmē to.ij.Illud qd̄ mouet: debet diuidi in mo torem ꝛ motum.ꝛ motor debet ducere gra dum a moto aut ħm diffinitionē ꝛ esse sit aut ħm diffinitionē tantū.Ad ista dicendū ꝙ nō sunt ad ꝓpositū:qꝛ ꝓcessus philoso phi de motu locali sunt: non aūt de motu

Replica. alterationis. Sed cōtra.vij.phys.pbat ꝙ in parte intellectiua nō est alteratio: er go volūtas nō pōt se trāsmutare ad quali

Rūſio. tatē. Ad illud rūdet cōmentator.ij.de aīa cōmēto.lvij.distinguens alterationem: qꝛ quedā est cū corruptione alicuius dispoſi tionis pcedētis: ꝛ quedā est sine corruptio ne tali:ſꝫ simpliciter additio pfectionis ad pfectionē.Unde in fine cōmēti dicit sic.Est alteratio que est euasio passibilitatis.s. al teratio de nō esse ad pfectionē: ꝛ alteratio de pma pfectione ad vltimā.ꝛ hec est addi tio quā innuit Aristo. Aliter pōt ad istud dici.Omē qd̄ mouet:ab alio mouet.vez ē de virtute vocis:ꝙ oē qd̄ mouet/mouetur a deo:qui est causa pncipalis oīs motionis: vt dicit Aug.iij.de tri.c.vj.Nā sine illa mo tione nihil pōt mouere vel se vel aliud. Ali ter pōt dici. Nihil mouet seuel alterat se sic ut cā totalis.sed sicut causa partialis be ne pōt.ꝛ sic volūtas causat in se actū suū.

Ad secundū. Ad secundū qn̄ arguit ꝙ nō stant simul ꝙ volūtas sit potētia actiua ꝛ libera. Dicē dum ꝙ hoc est falsum: immo magis perti net ad libertatē agere ꝙ pati: vt nulli du bium est. Ad auctoritatē cōmē. dicendum est ꝙ simpliciter falsum est: qꝛ in deo ꝯtin gens equaliter inuenit: in quo est prima li bertas ꝛ ꝯtingentia:tn̄ quātū ptinet de vo luntate:ex eo ꝙ voluntas est potētia passi ua.Dictū est enī ꝙ sit potētia actiua ꝛ sit passiua. Ad tertiū qn̄ arguit . voluntas

Ad tertium. nihil agit nisi volēdo ꝛc. Dico ꝙ hec est ve ra:voluntas nihil agit nisi volendo: qꝛ qn̄ agit volitionē:agit volendo:nō q̄de illā vo litionē:ſꝫ aliqd̄ aliud.vnde volūtas nō ꝓ ducit sic suā volitionē sicut edificator do mū:nec requirit alia prius cognitio vel vo litio actus pducēdi determinata distātia: sed cognitio respectu obiecti cū voluntate sufficit ad pducendū volitionē. Ad ꝯfirma tionē Anš.qcq̄d mouet se ad volēdū: pu vult se ita mouere. Dicendū ꝙ Anš.equo

cat velle iuxta istā equocationē quā ponit
de libero arbitrio: ꝙ volūtas accipit tripli
citer: ꝓ iusta mēte/affectiōe/ꝛ vsu. vñ sens
sus sui ē: qcqd mouet se ad volendū: prius
vult se mouere: ita qcqd mouet se ad actū
vel vsum volēdi: pꝰ voluit se ita mouere
i. pus habuit affectionē cōmodi vł iusti: ꝙ̄
potuit se sic mouere. Sed ꝫ est illud eiusdē
de lib. arb. Nullus pōt velle nolēs velle. nā
oīs volens ipm suū velle vult. Dicendū ꝙ
velle dr dupliciter. ꝓ̄e vel interp̄tatiue. ꝓ̄e
dr hō velle illud qđ est obiectū actus volē
di. interp̄tatiue ꝟo qñ vult illud ad qđ seq
tur aliud. dr tunc illud aliud velle interp̄ta
tiue. Et qꝛ ad voluntatē velle currere sequi
tur volūtatē velle: ꝛ ad volūtatē velle sede
re sequit voluntatē velle: ꝛ sic ad quodlibꝫ
volitū sequit volūtatē velle. iō dicit Anß.
ꝙ oīs volēs/ipm suū velle vult. nō tñ itel
ligit ꝙ oīs volēs/suū velle vult volitione
determinata q̄ est cū actuali notitia voliti.
qꝛ cū dicat deteriatoꝝ obiectoꝝ ꝛc. si distin
ctas volitiōes hret: ꝯtingeret ex illa ꝓpō
ne ponere infinitas volitiōes simul. Dicit
eñ de lib. arb. c. vij. Volūtas quā voco in
strm volēdi: est semꝑ vna ꝛ eadē: qcqd vo
lumus/ꝙ̄ multiplr ꝛ ꝙ̄ sepe volumus. ꝛ sic
ꝑ ꝯñs illaꝝ volitionū sunt distincte volun
Ad q̄rtum. tates in infinitū. Ad quartū ꝯcedo ꝙ vo
lūtas habita cognitiōe pōt īdifferēter i cas
su ad velle ꝛ ad nolle. Et qñ dr: nō deteria
tur magis ad ꝓducēdū volitionē ꝙ̄ noliti
onē: ꝫ ꝓducit vtrūqꝫ sil vel neutrū. Nego
ꝯñam in agēte libero: sꝫ de agēte naturalr
añs pōt eē veꝝ sine ꝯñte ꝭm cōem cursum
nature. Vñ volūtas añq̄ velit: nō magis
determinat ad velle ꝙ̄ ad nolle: qꝛ tñ ē suf
ficiētis ꝟtutis ad vtrūqꝫ: libere fert ī vtrū
K vult. Ad q̄ntū qñ arguit ꝑ diffinitionē po
Ad q̄ntum. tētie actiue: ꝯcedo ꝙ est p̄ncipiū transgre
diēdi alterū ꝭm qđ alteꝝ. ex hoc nō sequit
quin sit p̄ncipiū transgrediēdi. ꝛ ad aliud
verbū ꝯñter: qñ dicit ꝙ est manifestū ꝙ ni
hil agit in seipm. dicit ꝙ verū est ꝙ nihil
agit in seip̄m sicut agēs illius qđ agit: sed
sicut agēs partiale nihil ꝓhibet illud age
re in se. Vel sic. nihil agit in seip̄m: verū est
X per se corrūpendo se: vel generando se. Et
Ad primum ꝫ tertiā conclu. ad rōnem ꝫ tertiā conclusionē qñ arguitur
ꝙ voluntas ꝛc. Nego istud. ꝛ qñ ꝓbat per
descriptionē cause totalis: q̄ est ꝙ illud est
cā totalis ꝛc. ꝯcedo ꝙ descriptio est bona.
Et qñ dicit ꝙ deus pōt facere actū volūta
tis archiscripta omni alia cā ꝛc. Dico ꝙ rē
que est actus volūtatis: deus posset facere
sine voluntate ꝯcausante: sꝫ nō pōt facere
ꝙ illa res sit actus volūtatis volūtate nō
causante. Unde hec est ꝯcedēda: actū volū
tatis pōt deus facere sine voluntate ꝯcau
sante. Et hec est neganda: deus pōt facere
actum volūtatis voluntate nō cōcausante
Similr ꝙ deus pōt si velit esse causa tota
lis illiꝰ actꝰ: nō infert ꝙ sit de facto: sꝫ tātū
de possibili. Hic posset esse dubiū an pos M Dubiū
set ꝓbari euidēter ꝙ aliqua res posset esse
causa effectiua alterius rei. Dicit hic quidā
ꝙ hec est regula qua illud sciri pōt. Illud Rñsio cuiusdā
ad cuius positionē ponit ꝛ p̄supponit na
turaliter aliud: quicquid naturaliter causa
tur: illud est causa eiꝰ: vt si a p̄supponit na
turaliter añ b: ꝛ ad positionē a sequit b po
ni: ꝛ b naturalr causat: igitur b naturaliter
causat ab a. Addit ꝙ effectus naturaliter
causet: qꝛ ponat ꝙ deus ad p̄sentiā solis
causet lumen in medio: ita ꝙ nollet causa
re lumē in medio nisi ad p̄sentiā solis. cum
ergo lumē nō possit esse nisi ꝑ presentiā so
lis: tūc qꝛ illud lumen nō causat naturalr:
ergo sol nō erit eius causa in ꝓposito. Sed Cōtra opin.
ista regula ad cognoscēdū de causa effecti
ua nō est euidēs. Probat. qꝛ nulla res est
ad cuius positionē sequit aliqd aliud poni
quod nō est pars ipsius nec deus: ꝫ nulla
res est quin pōt poni in effectu: licet nihil
demonstrat in esse. Antecedēs ꝓbo: qꝛ solē
deꝰ posset seruare sine hoc ꝙ aliqđ lumen
eēt in medio. ꝛ aquā sine hoc ꝙ frigidum
eēt. ꝛ generaliter ex isto p̄ncipio qđ puto
esse verissimū: deus pōt sepāre omnē rem
ab alia que nō est deus neqꝫ est pars eius:
ꝛ ꝯseruare eā in esse sine quecūqꝫ alia re q̄
nec est deus nec pars eiꝰ. Ex isto principio
sequit ꝙ nullius rei positio infert formali
ter aliquid aliud poni super effectum. ꝛ cō
stat fideli ꝙ deus potest causare quācūqꝫ
rē effectiue sine creatura: ergo nō est possi
bile scire an deus esset an creatura: qꝛ eodē
modo pōt deus causare sicut creatura. Cō
firmat ista rō: qꝛ quādo aliquid eodē mo
do pōt fieri a natura vel ab ente: nō est via
possibilis discernendi an illud factū fuerit
a natura an ab ente ipsum effectū: qꝛ effe
ctus nō vniformiter ex vtraqꝫ ꝓuenit: qđ
est ꝓpositū: ergo pari rōne cū omne produ
ctum a natura possit eodem modo ꝓduci a
deo: nō pōt sine alia euidentia ad sciēdum

ꝙ natura ꝓduxit hec sicut causa. ⁊ sic cōstat fidei ꝙ deꝰ pōt manutenere ignē: ⁊ suspēdere ipsius actionem passo approxima to: ergo non seqtur: ignis est approximatꝰ cōbustibili: ergo cōburit: ⁊ simul cū h̄ possibile est ꝙ deus creet ad p̄sentiā ignis calorem sine igne: ergo non est possibile homini scire q̄ res est causa effectiua alteriꝰ: vel scire an aliqua res creata sit causa alterius. Ideo dico in hoc articulo ꝙ nulla est regula ad ꝓbandū certitudinaliter vnā rē esse causam effectiuam alteriꝰ. sed tenetur probabiliter ꝙ a est causa b: quando videmus posito cōiter in diuersis locis et tēporibus aliquo tali quale est a: statim inuenit̄ aliqđ tale qđ est b. tunc dicimus ꝙ a est causa b: sicut qz in diuersis temporibus ⁊ regionibus applicato igne hō sentit calorem vniformiter adesse: dicimus ꝙ ignis est causa caloris naturaliter.

Ad secundū argu. Ad scđam rationem cōtra tertiam cōclusionē: qn̄ dicitur ꝙ notitia est concausa actus voluntatis. dicitur ad illud ꝙ tali casu posito / bene verū est ꝙ oportet actū augeri. ⁊ ꝙ crescente scīa cresceret amor. Uñ dicit̄ ꝙ in tali casu ꝑ cremētum sciētie oēs alie cause agunt vehementiꝰ ⁊ efficacius. Et qn̄ arguitur ꝙ tunc voluntas inuite vellet per illū gradum dilectionis: qz vellet diligere nisi gradu priori quē continuat. Respondet ꝙ sicut possibile est volūtatē nullum actum habere: ⁊ tamen ꝙ habeat actum illū quo vellet nullū actum habere: ita possibile est ꝙ habeat talem gradū: ⁊ tamen non velit ita intēsum gradū habere. a casu est si casus iste augeatur: nec volūtas necessitat̄ ad illū gradum nisi ſm qđ: tamē voluntas isto casu posito nō impediet qn iste actus intēdet̄. sed ista responsio non apparet mihi conueniēs: qz intelligēdo ꝙ intēsio in forma est per additionē partiū ipsiꝰ: ꝙ diuersi gradus sint forme diuerse partes forme. sed ꝯstat ꝙ tales partes non sunt alterius speciei a toto: qz tunc nō causaret aliqđ intensiue. vñ relinquit̄ ꝙ q̄libet ps charitatꝭ est charitas: sicut q̄libet pars albedinis intensiua est albedo. eodē modo q̄libet pars dilectionis siue gradus dicēte sancto Thoma sup quartū in solutione secūde q̄stionis. gradus cuiuslibet rei est pars illius rei. q̄libet inquā pars dilectionis est dilectio: ergo gradꝰ q̄ ponit̄ causari precise a scientia aucta / est quedam dilectio: ꝗ est aliqua dilectio cuiꝰ voluntas non est causa partialis actiua: qđ est ꝯ positionē quā tueri deberet. Preterea sicut volūtas nullo actu pōt velle quē illa nō causat: ita nullo gradu actus pōt intēsius velle ꝙ̄ potēna q̄ non causat gradū. Preterea rn̄sio videt̄ dicere opposita. Dicit em̄ ꝙ gradus talis sit a sola notitia: ⁊ tn̄ dicit ꝙ ad augmētū notitie oēs cause ꝑtiales actꝰ efficaciꝰ agunt: sed cōstat volūtatē esse vnā de causis partialibꝰ sui actus: igit̄ illa volūtas efficacius agit in se actū suū ꝙ̄ prius ergo iste gradus causatꝰ est a volūtate sicut a scīa. Preterea ꝯ rn̄sionem. cā partialis non pōt agere sine sua totali: sicut si decem homines trahūt nauē sicut decē cause partiales tractꝰ: nullus de decē poterit mouere nauē nisi alijs coagētibꝰ: ergo nō est conueniēter dictum ꝙ notitia est causa partialis actꝰ: ⁊ tn̄ ꝙ pōt intēdere actū ꝑ se nullo alio secū ad illū gradū coagēte.

tanto magis pōt illud velle. ergo si volun
tas potest elicere dilectionē ad deū cogni-
tum sub ratione alicuius boni in via: mul-
to magis hoc poterit circa eū clare cogni-
tum in patria: q̄d est ꝓpositū. Quarto sic.
Quar- q̄cq̄d rationabilr̄ agit ad augmentū gau-
to. dij in natura rationali: dꝫ poni esse in bea
titudine creature rationalis. sed ꝙ volun-
tas pōt causare actū suū: ⁊ non solū recipe
magis ad augmētū gaudij est in creatura
Quīto rationali: ꝑ dꝫ hoc ibi poni. Quinto sic. ix
de tri. c. iij. Liquide tenēdū est ꝙ oīs res
quam cognoscimus: aggenerat in nobis
notitiam sui; ab vtroqꝫ em̄ notitia pari-
tur: a cognoscente ⁊ cognito: ergo quanto
ꝑfectius cognoscit̄: tanto ꝑfecti⁹ aliq̄d no
titiā causare pōt: ⁊ pari rōne dilectionem.
Sexto Sexto sic. ꝑfectio charitatis vel fruitiōis
nō impedit: q̄ btā virgo in via dilexit deū
forte equali dilectiōe cū aliquo nūc in pa-
tria: ⁊ tn̄ ipsa suas dilectiōes effectiue cau
sauit. Septimo sic. nulla dilectio est meri Septi
toria que nō elicitur a volūtate effectiue: mo.
q̄ talis non est in ptāte libera volūtatis:
sed dilectio aīe christi q̄ dilexit deū sup oīa
fuit meritoria: ⁊ fuit effectiue a volūtate:
ꝑ nobilitas actus sui seu ꝑfectio nō impe-
dit quin possit causare a voluntate. ⁊ silr̄
ista dilectio fuit fruitio. ꝑ ⁊c. Octauo sic. Octa-
rō bti pōt dictare ꝙ deo est fruendū: ꝑ vo uo.
lūtas pōt ꝯformiter velle nō minus in pa
tria q̄ in via: ꝑ pōt elicere actū fruēdi deo
alr̄ volūtas non ageret conformiter. Jn E
isto articulo apparet mihi ꝓbabilius dice Resolu
re scd̄o mō dicendo ꝙ ꝑticulariter causet tio que
a voluntate bti sicut in via. Unde notitia: stionis
obiectū: volūtas: sunt tres cause partiales
fruitiōis beatifice: alioq̄n nō esset actio i-
manēs: immo trāsiēs. q̄ hec est differētia
inter actionē imanentē ⁊ trāseuntē; vt ptꝫ
p̄mo Ethi. ⁊. ix. meta. ꝙ actio imanēs ma
net in agente. Ex quo videtur ꝙ aīa sit ali
quo mō actiua respectu cuiuslibet cogniti
onis sue; ⁊ volūtas silr̄: nisi aīa btā esset ha
bitura aliā oꝑationē in beatitudine intelli
gendo ⁊ vidēdo illud obiectū q̄d est deus:
frustra crederet ecclia ꝙ aīa indigeret lu-
mine glorie ad fruendū deo. Un̄ ideo poni
tur a doctorib⁹ lumen glie: vt aīa fortifice
tur ⁊ iuuet̄ ad eliciendū circa illud obiectū
excellēs: circa q̄d in lumie sue nature oꝑa-
ri nō posset. Si dicat̄ q̄d illō ē verū: q̄ aīa
btā vere fruit̄ deo fruitione elicita: tn̄ illa
nō est btifica: sꝫ vna alia. Un̄ hꝫ vnā natu
ralē: ⁊ aliā supnaturalē q̄ nō est in sua po-
testate: sꝫ tm̄ passiue recipit a deo; ⁊ ista est
btifica. Jllud non appet rōnabile: q̄ si eq̄
intēse diligeret ꝑ vtraqꝫ: tūc altera superflu
eret. Nec ē imaginabile ꝙ hō diligat dua-
bus dilectiōib⁹ eq̄ intēse idē obiectū ꝑ eā-
dē notitiā: vel remissius diligeret ꝑ elicitā
q̄ ꝑ infusam; ⁊ tūc verisilr̄ ꝙ illa remissio
sibi displiceret: ⁊ frustra illā eliceret. Ad F
rōnes. ad p̄mū q̄n dr̄ ⁊c. Dicēdū ē ꝙ inde Ad pri-
dr̄ talis fruitio btifica supnaturalis: q̄ hō mum.
nō pt̄ suis naturalib⁹ ponere se ī tali statu Prima
ī quo eliciat illā oꝑationē: tn̄ cū lumie glo opinio
rie ex collatiōe diuina ⁊ cognitiōe clara de
deo naturalr̄ pōt aīa illō obiectū diligere.
Un̄ fruitio nō ē ita supnaturalis sicut cha
ritas vel grā vel lumē glorie: imo partim
est naturalis ⁊ partim supnaturalis: vt si

aliqs cecus esset totus: et de⁹ illi miraculo⁹ se ꝯferret potētiā videndi:tūc visio elicita esset naturalis. ſꝫ potētia visiua esset ſupnaturalis:vt ponendo ꝙ charitas vel grā fit cā ꝑtialis act⁹ meritorij:adhuc ille act⁹ nō eēt ſupnaturalis mere. Silr illa pña nō valet:imꝑfecti⁹ creaſ a deo:igiſ ꝑfectius:q2 bō nō ē ꝑfectior effect⁹ ꝙ aīa ⁊ ꝙ grā. Ad

B Ad secundū. scdm negatur minor: q2 volūtas creata respectu dei clare visi nō agit libere ⁊ indifferēter:sed necessario diligit deū clarevisum sine aliq rōne penitētie vel tristātis. Ilrda to ꝙ volūtas quantū est de ſe :posset actu fruēdo libere dimittere. de⁹ aūt sic ad cōtinuationē isti⁹act⁹agit:ꝙ vult volūtas istū actū ꝯtinuare. Ūn ꝯcedi pōt ꝙ volūtas necessitaſ a deo ad illū actū habēdū. nō tñ cogiſ. q2 act⁹ iste ē volūtati summe ꝯueniēs.

Ad tertium. Ad tertiū de volūtate dānati:ꝙ volūtas dānati alios act⁹ hꝫ necessario deo sic volēte:nō tñ sunt illi act⁹ a solo deo: ſꝫ a deo et a dānato. Cōtra. act⁹ tales de⁹ necessitat volūtate creata sicut suo ministro: ⁊ iō stāte cāūtate ꝑncipalis agētis nō est i ꝑtāte istū cessare:tñ q2 nō oīs volitio pōt cāri stāte quacūqꝫ notitia in intellectu:al's absente qcūqꝫ notitia:indifferēter. Pōt ḡ dici ꝙ de⁹ dānato aliā notitiā erroneā vl naturā ꝯtinuat:tñ stat electio bn̄ ⁊ ordinate volētis: ⁊ sic dicūtur obtenebrari in intellectu.

Ad quartum. Sed de h̄ forte ſup scdm diceſ: qn̄ ageſ de obstinatione āgeloꝝ maloꝝ. Ad qrtū nō est dubiū qn̄ si de⁹ eq coageret oībus btis tūc habēs meliora naturalia meliorē fruitionē eliceret:sed q2 de⁹ sic statuit:ꝙ reddit ꝑmia ſm bonitatē moralē ⁊ valorē meritorū:nō aūt ſm bonitatē ⁊ valorē naturalē: iō qbusdā debilioris nature vt forti⁹ agāt pl⁹ de lumie glie tribuit:itaqꝫ pñt excellenti⁹ deū diligere. Ad qntū dicēdū ꝙ ꝑmiū

D Ad quintum. iustoꝝ est ipemet de⁹: ⁊ stat⁹iste i q̄ bō pōt frui deo: ⁊ h̄ hꝫ bō a solo deo: ⁊ nō a se: ⁊ iō nō seqtur ꝙ aliqs pōt se btificare. Ad sex

E Ad sextum. tū de auctoritate Aug. dicēdū ꝙ nō seqtur accipit ꝑmiū suū a deo:ḡ non effectiue elicit fruitionē:q2 fruitio accipiſ a deo sicut a cā ꝑtiali: ⁊ a se sicut a causa partiali. Unde stant bene simul ꝙ accipiāt ꝑmiū suū a deo: ⁊ tñ ꝙ ipse sit causa partialis iustitie sue:tñ illā habet a deo:ita cāliter erit i beatitudine. multa tñ sunt in btitudine:q non essent ab hoīe aliquo mō nō effectiue:sicut lumen glorie:dotes corporis. ⁊ huiusmodi

K Secundi articuli. Secundus articulus est dicere ad formā qōnis: ⁊ ſuppono pmo hic qtuor ꝓpōnes. Pria est:ꝙ fruitio est operatio mētalis ⁊ immanēs in creatura intellectuali. ⁊ h̄ ptꝫ ꝑ mentē Aug. q̄ posuit fruitionē eē actū volūtatꝭ. Et ſm pħm. x. Ethi. Felicitas ꝯsistit in operatione itellectuali. Prima propositio.

L Secunda. Scda ꝓpō est:ꝙ opatio intellectualis est vna qlitas distincta a natura operante:vt ōndeſ infra:qn̄ ageſ de opatiōe intellect⁹ Ex hoc ad pñs ptꝫ ꝙ nīa oēs suas recipit opationes:q2 sunt immanētes:sicut ptꝫ. ſ. Ethico. ⁊. ix. meta. Nihil aūt recipit ſe:ergo opatio nature intellectualis differt a natura opante:ſꝫ nō sicut ſuba a ſuba:sed sicut qualitas a substātia. Itē ſm cōiter loquentes natura intellectualis est causa sue dilectionis:vel est cā suppleus.

M Tertia. Tertia ꝓpō ē: ꝙ nulla qlitas est cā alicuius operātis:nisi causeſ ab ipso operāte. Hec vr̄ rōnabilis q2 illud est actu aīam operari ⁊ hr̄e operationes:ḡ nō opaſ nisi causando talē qlitatē ḡ nō hꝫ opationē. Ūn si volitio fieret totaliter ab extrinseco:nō plus video ꝙ posset dici illius operatio mētis in qua ect:ꝙ plus posset dici opatio aeris:vel calor i aq opatio aq. Itē inter opationē imanētē ⁊ trāseūtē nulla est differētia:nisi ꝙ vna maneat in suo efficiēte:alia trāsit in passum distinctū ab efficiente:sed impossibile est ꝙ calor aq dicaſ calefactio ignis vel opatio ignis: nisi causeſ ab igne. ḡ nec eadē rōne dr̄ volitio imanēs in agēte:nisi agaſ ab eo cui dr̄ imanere:nec aliter eius operatio nūcupaſ

N Quarta. Quarta est:oēm rē causabilē deus potest cāre nulla creatura ꝯcausante: ⁊ oēm effectū iā ꝓductū sol⁹ ꝯseruare:nulla creatura ad illā ꝯseruatione coagēte. Hec ꝓpō apd theologos ē satꝭ nota:q2 alioqn nō eēt ibi oīs sufficiētia ꝑtātis ⁊ potētie ad faciēdū miracula multa q̄ visa sunt supra ⁊ q̄ possibilia sūt. Silr suppono ꝙ ſuba habeat aliquā cāūtatē effectiuā ſup suū accidēs: ⁊ nō sit mere in potētia ꝯdictiōis ad suā ꝓpriā passionē:q2 tūc posset ignis carere suo pprio calore: ⁊ coru⁹ nigredine: ⁊ cygn⁹ albedine: ⁊ sic de alijs. ḡ pari rōne vino ē dare aliquē saporē ꝓpriū cātū a ſuba vini:q̄ carerē nō pōt ⁊ eē vinū. Quo posito:māifestū est ꝙ de⁹ in sacramēto altaris ꝯseruat effectū cāe:q2 ſubam vini :ipa ſuba destructa. Silr deus pōt suspendere actionem poten

tie actiue create ne agat in passum approxi
matũ: sicut credit fecisse de trib⁹ pueris in
camino ignis. Daniel. iij. ergo cã põt ꝓducere
effectũ ignis igne non coagente: põt igne
approximato cãre calorẽ sine igne ꝯcausã
te. ⁊ eadẽ rõne cõseruare effectũ ab igne ꝓ
O Correlarium duc: si igne nec ꝯcausante. Ex isto sequit
ꝙ eadẽ res põt esse opatio ignis: ⁊ postea
manere sine hoc ꝙ sit opatio ignis. Patet
ꝯña: qꝛ si ignis ꝓducat calorẽ in ligno per
horã: verũ est ꝙ opat ⁊ calefaciat lignũ. sup
pleat igit de⁹ vicẽ ignis ꝯseruãdo istũ ca
lorẽ: tũc iste calor q̃ prius fuit opatio ma
net: ⁊ iã nõ est opatio ignis: ⁊ prius patie
bat ab igne: ⁊ mõ nihil patitur ab igne. Et
pari rõne põt de⁹ facere ꝙ ignis iterũ pari
rõne sicut cã ptialis ꝯseruet calorẽ quẽ ꝓ
duxit: ⁊ tũc erit calor iste iterũ opatio ignis
⁊ sic põt vna qualitas infinities si de⁹ vo
luerit/esse nũc opatio ignis: nũc nõ eẽ opa
tio ei⁹ manẽs tñ eadẽ qualitas oĩno. Re
linquitur igit ꝙ de⁹ põt supplere vicem in
agẽdo: ⁊ suspendere ꝓ libito suo actionẽ ⁊
cãlitatẽ cuiuslibet cãe respectu sui effect⁹ ⁊
P Rñsio ad q̃stionem. manutenere effectũ. Istis q̃tuor suppositis
ꝓpõnib⁹: p̃z quid est dicẽdũ ad articulum
questionis. Nã ex prima ꝓpõne h̃r ꝙ frui
tio ẽ operatio fruẽtis. Et ex scd̃a ꝙ fruitio
est vna qualitas distincta absolute ab illa
fruitiõe. Et ex tertia ꝙ q̃litas nõ est opera
tio: nisi teneat effectiue ab operante. Et ex
quarta ꝙ eadẽ q̃litas vna vice põt habere
creaturã operãtẽ ꝓ cã partiali: ⁊ alia vice
deũ ꝓ cã totali. ⁊ sic nõ est opatio creature
postq̃ fuit opatio creature. Jdõ regula ista
ꝯcedit ad pñs; ꝙ fruitio põt manere i mẽ
te creata: sine h ꝙ sic res q̃ est fruitio mane
bit in volũtate: ⁊ nulla volũtas per istã rẽ
fruet. ⁊ eodẽ mõ res q̃ ẽ visio dei manife
sta: põt esse in aĩa christi vl̃ Petri: aĩa non
vidẽte deũ ꝑ istã rẽ q̃ nũc est visio. Cui⁹ cã
ẽ: qꝛ illa nõ d̃r visio nisi q̃ñ ẽ opatio: nec est
Arguitur primo. opatio q̃ñ ẽ totalr̃ a deo. Sꝫ ꝯ illõ argui
tur primo sic. impossibile est esse trãsitũ de
ꝯdictorio in ꝯdictoriũ sine ꝓductiõe vl̃ cor
ruptiõe alicui⁹ rei: vel motu locali vl̃ lapsu
tpis: sic ꝙ iste lapsus sit cã inferẽs ꝓpõnis
de nouo: sꝫ data scd̃a ꝓpõne hec ꝓpõ ẽ fal
sa: igit illa positio nõ est bona. Cñ aũt data
hac positiõe posita supius: falsificet ista re
gula: p̃z manifeste: qꝛ possibile est ꝙ idem
ignis nõ calefacit hoc lignũ: ⁊ nũc nõ cale
facit hoc lignũ sine corruptiõe vel ꝓductio
ne noue rei: qꝛ nihil corrũpit i ligno: qꝛ idẽ
calor manet q̃ pri⁹ fuit: ⁊ oĩa alia nec ignis
est mot⁹ localiter nec lignũ: sed sunt peni
tus vt prius. Nec lapsus tpis sufficit ad ve
rificãdũ ista ꝯdictoria successiue. Manife
stũ est: qꝛ nõ est maior rõ quare lapsus tem
poris sufficeret ꝙ ignis calefacit h lignũ
q̃ quãcũq; aliã ꝓpõnẽ de toto mũdo: ergo re
linquit ꝙ si dicta positio sit vera: ista famosa
ꝓpõ est falsa: vel opꝫ redire ad antiquos
reales: ⁊ dicere ꝙ actio ignis corrũpit i ca
su tali: ⁊ ꝙ est res alia a calore in igne: ⁊ a
calore in ligno: qđ est verisimile. Pꝫ illud
de istis ꝯdictorijs: iste calor est calefactio:
iste calor nõ est calefactio: illud lignũ pati
tur: illud lignũ non patit: ⁊ sic de infinitis Scd̃o.
ꝯdictorijs seq̃tur idẽ. Scd̃o seq̃tur ꝙ de
us põt facere de nõ btõ btm̃: ⁊ de btõ non
btm̃: nullã rem adnihilãdo: vel nullã rẽ ꝓ
ducẽdo: qđ videt magnũ inconueniẽs. ꝯña
p̃z: qꝛ põt facere de nõ vidẽte vidẽtẽ: ⁊ de
nõ fruẽte fruẽtẽ: ⁊ ꝯtrio nullã rẽ adnihilã
do corrũpẽdo vl̃ ꝓducẽdo: sed solũ h ꝙ de
us se facit de cã totali ptialẽ: ⁊ ꝯtrio ⁊ sus
pẽdat actionẽ creature: ⁊ reddat ei actionẽ
suã: ꝯña p̃z. Ad primũ istoꝝ dicẽdũ sine Q Rñsio ad primum.
assertione: cõcedẽdo tñ ꝙ illa regula ẽ fal
sa quã dicit: etiã si intelligat de quocunq;
trãsitu a ꝯdictorio in ꝯdictoriũ: a quacũq;
cã fiat. Si v̾o intelligatur stricte de trãsitu
naturali ⁊ ꝑ causas creatas agẽtes sine mi
raculo: ꝓpositio est vera. Vñ dico ꝙ virtu
te diuina põt fieri trãsitus de verificatiõe
vnius cõtradictoꝝ ad veritatẽ alteri⁹ sine
aliquo istoꝝ supius positoꝝ: videlicet cor
ruptiõe ⁊ ꝓductiõe ⁊c. saltẽ in duob⁹ casi
bus vt videt. Unus est de vnione cõposita
ad quãcũq; naturã totã. Unde de⁹ posset
facere trãsitũ. s. a cõtradictorio isto: de⁹ nõ
est lignũ: ad cõtradictoriũ: deus est lignũ.
⁊ sic de quacunq; alia causa: nullã rẽ cor
rũpendo vel ꝓducendo vel transmutando
localiter: nec laps⁹ tpis facit h: manifestũ
est. Assumptũ probat ꝑ scholã cõem negã
tẽ respectus: ꝙ verbũ põt dimittere huma
nitatẽ: ⁊ nulla re deperdita vel de nouo ad
ueniẽte fieret hõ: ⁊ denuo remutari ⁊ fieri
nõ hõ: ⁊ sic verificantur multa ꝯdictoria: si
ne hoc ꝙ aliqđ illoꝝ quatuor esset in causa
Alius casus est q̃ñ deus de agẽte totali fit
partiale: vl̃ de partiali agens totale: sicut R
exẽplificatum est. Ad secundũ dicẽdum Ad secundũ.
cõsimiliter cõcedendo cõclusiones: qꝛ argu

mēta cōcludūt verā. Sed ꝯ illud est argu mētū qđ Achilles credit: actionē ꝛ passio nē eē res distinctas ab agēte ꝛ patiente: et oib⁹ reb⁹ absolutis arguit sic. Quādocꝫ ꝓ positio verificat̄ ꝓ reb⁹: ꝛ duab⁹ reb⁹ exi stētib⁹ manet ꝓpō falsa: ops ponere aliam rē ad h̄ ꝙ ꝓpō sit vera: sed ista ꝓpō ignis calefacit lignū: īfert ꝓ reb⁹: posito ꝙ ignis sit debite app:oximat⁹ ad lignū: ꝛ ipm be ne positū ad patiendū: verificat̄ ista, ignis calefacit. ꝗ ops ponere actionē reseruatam qua posita hec deuenit vera, ignis calefa cit. Ad illud argumentū qđ multū mouet pōt dici negando assumptū: qđ est funda mentū toti⁹ positiōis: ꝛ pbo ꝙ est falsum Ubicūcꝫ ꝓpositio infert de nouo per solū motū localem: sicut hic sortes desīt: sortes nō desīt: sortes est in domo: sortes nō ē in domo: ꝛ siles. Silr vbicūcꝫ alia ꝓpō infer tur ꝑ lapsum tpis sicut hic: ille lapis iacuit hic ꝑ trienniū: ille lapis nō iacuit ꝑ trienniū isti debet vnus denarius: isti nō debet vn⁹ denarius. ꝓmittat sortes platoni si vixerit cras hora prima: ꝙ dabit sibi vnū denariū ꝛ in talibus casibus infinitis. Silr in istis: hec natura est vnita verbo: hec natura nō est vnita verbo. vñ ꝓpōnes multe nō veri ficantur solum ꝓ rebus pro quib⁹ termini syncategorematici supponūt q̄ ponuntur in ꝓpōnib⁹: sed qꝛ hec est de illis rebus sic ut ꝑ terminos seu concept⁹ syncategorema ticos positos in ꝓpōib⁹ denotat̄: ꝛ econ uerso. vñ si oēs res sint pro quibus ꝓpō dꝫ verificari: si non sit ita: tunc res illa ꝑ syn categoremata posita vel inclusa in ꝓpōē ne denotat̄ ꝙ illa ꝓpō deuenit falsa q̄ prius fuit vera. ꝛ ideo in ista ꝓpositiōe: ignis ca lefacit lignū: nō solum ponuntur termini categorematici sicut ignis ꝛ lignū. sed po nitur vnū verbū cui⁹ diffinitio exprimens q̄d importatur per nomen qđ cōtinet ter minos syncategorematicos: qꝛ illud verbū calefacit importat calorē esse ab aliq̄ qđ dꝫ calefacere. ꝛ ideo dico ꝙ licet ignis sit: ꝛ li gnū sit ꝛ calor: dūmodo tamen nō sit ita ꝙ calor sit ab igne: nō est hec vera, ignis cale facit. sed pōt fieri vera: a deo tn̄ solo sine cu iuscūcꝫ rei nō ꝓductione. si ignis aūt fue rit impeditus ab agente ab ipso deo ꝑ hoc solū ꝙ deus ignē motū suū naturalē ꝑmit tat exercere: sed de his nō plus ad p̄sens

S

Ad pri mū pn. Ad rōnes: ad primū qñ dicitur ꝙ hec est ꝓdicatio essentialis: fruitio est fruitio. Di cendū ꝙ hec est cōtingēs: ꝛ per ꝯñs non ꝑ se stricte loquendo de ꝓpositione per se. Nā per Aristo. que per se insunt: necessario insunt: sicut hec est contingens: creatio est creatio. non ergo valet. Unde illa ꝓposi tio: fruitio pōt esse qñ nō erit fruitio: non debet sic poni in esse: fruitio est ꝛ fruitio nō est: sed sic. hec res demonstrata que fuit fruitio: est: ꝛ hec res non est fruitio. vnde il la consequentia non valet.

A Qō. ir. Primū princi.

Utrum āgelus nō cōfirmatus vidēs deū posset deū nō diligere stāte illa visio ne: Et arguitur ꝙ nō: qꝛ q̄libet videns cla re deum necessario gaudet: ergo necessario diligit. ꝯñs tenet: qꝛ si nō diligeret visum: nō gauderet de viso. Antecedēs ꝓcedit a mgro. iiij. sen. dist. xlviij. vbi dicit ꝙ impij in iudicio nō videbunt deitatē christi: sed humanitatē tātū. vñ dicit. Humanitatē vi debūt vt timeant: diuinitatē vero non ne gaudeāt. Diuinitas vero sine gaudio vide ri nō pōt. Scdō sic. si aliqs posset vide re summū bonū: ꝛ illud nō amare: eadē rō ne aliquis posset videre summū malū: ꝛ il lud nō odire. ꝯñs est falsum: qꝛ tūc diabo lus posset libere odire suā penā: ꝛ nō odi re: ꝛ sic per ꝯñs facere ꝙ aliquando eēt pe na ꝛ aliquando non: qꝛ nihil est penale vo luntati nisi cōtrariū voluntati ꝑm Ansel. de cōcep. virgi. c. iiij. ꝯñā ptꝫ: qꝛ tantū alli cit summū bonū videntē illud clare ad fru endū vel diligendū: quātum summū malū ad detestādū. ergo si voluntas possit actū suū suspendere ne diligat summū bonum clare visum: pōt etiam non odire summum malū. Ad oppositū. si videns deū vtiqꝫ frueretur deo: seqtur ꝙ angeli nō meruis sent diligēdo deū sup oīa. ꝯñā ptꝫ ꝑ Ans. de casu diaboli: qꝛ si nō potuerunt nō dili gere deū: ergo necessario dilexerunt deum ergo necessario seruauerunt iustitiā. ꝛ si ne cessario seruauerunt iustitiam: nō plus me ruerunt ꝙ seruando rationabilitatē. ergo ꝛc. Prima consequentia patet: quia angeli in illo statu innocentie clare viderunt deū vt innuit Aug. super Gen. Secundo sic: si volūtas clare frueretur deo viso: seqtur ꝙ voluntas non esset volūtas. ꝯñs falsum ꝯñā est beati Augu. iij. de libe. arb. vbi di cit sic. Si necesse est vt volūtas velit: vnde volet voluntas erit, tamen non erit. et in

Scdm

In op positū.

Scdo.

fra. Volūtas nec volūtas eēt nisi libera eēt ḡ p̄ni eēt si volūtas necessario velit: volūtas nō erit volūtas: vt erit in p̄ńte nr̄a.

B Decisio q̄ōnis.

In ista q̄ōne erūt duo articuli. Primus: an aliquo mō possunt stare simul ꝙ creatura rōnalis clare videat deū: ꝛ tn̄ nō fruatur eo. Scd̄s: an sit absolute in p̄ńte voluntatis create suspēdere actū suū ne fruat deo stāte eadē visione clara.

Prim⁹ articl's. Quantū ad primū dico duas cōclusiōes. Prima conclusio. Prima est: ꝙ possibile est ꝙ creatura rōnalis videat clare deū: ꝛ nō fruatur deo. Scd̄a conclusio. Scd̄a: ꝙ possibile ē creaturā rōnalē habere claritatē ꝛ lumē glie ꝛ clarā visionē dei: ꝛ tn̄ nō fruat deo.

C Probatio p̄me cōclusiōnis. Prima p̄bat multiplr̄: primo sic. visio dei non est essentialiter fruitio: sꝫ visio prior saltem causaliter ꝛ fruitio posterior sunt res distincte: ḡ possibile est de natura tenere visionē sine fruitione. ɔn̄a p꞉ꝫ: qꝛ sunt due res distincte totaliter: ḡ deus pōt separare vnam ab alia. Scd̄o sic: q̄ncūq̄ vna res hꝫ duas op̄ationes distinctas realiter: possibile est deo cōcurrere ad vnā nō causando aliā: ꝛ maxime causando priorē sine posteriore: sꝫ creatura rōnalis existēs in statu in quo pōt videre: nata est elicere duas op̄ationes: scꝫ cognitionē ꝛ dilectionē mediate cognitione. ḡ possibile ē deo cōcurrere ad eādē op̄ationē primā: ꝛ suspendere scd̄am: ḡ ꝛc. Tertio sic. deus pōt facere q̄cq̄d fieri nō includit ɔ̄dictionē: sꝫ ꝙ aliq̄s deū clare videat: ꝛ nō diligat: nullā ɔ̄dictionē includit: ḡ hoc est possibile deo. Sed videt ꝙ ista argumēta equaliter p̄bāt fruitionē posse esse sine visione: similiter ꝙ visio pōt esse sine fruitiōe p̄ easdē formas. Sed dicēdū ꝙ nō: sꝫ equaliter p̄bāt ꝙ res q̄ est fruitio: possit esse sine alia priori que sit visio. Silr̄ ecōtrario ꝙ visio pōt esse sine fruitiōe. Ulteriusḡ cōcludūt ꝙ visio pōt esse visio qua aliq̄s videt deū: licet nō in eadē natura sit fruitio respectu dei: sed īpossibile est ꝙ fruitio sit fruitio dei in creatura rōnabili: nisi ī eadē sit visio dei vel aspect⁹ dei: siue illa visio sit alia res a fruitione siue non. vnde ista conclusio est bene possibilis: creatura rōnalis videt deū: ꝛ tn̄ nō fruit deo. sed hec ē īpossibilis: fruitur deo: ꝛ nō videt deū: ꝛ hoc p̄suadent rōnes infinite.

D Probatio scd̄e conclusionis. Scd̄a cōclusio .i. ꝙ possibile est creaturā rationalē hr̄e charitatē informantē: ꝛ eleuari per lumē glie ad clarā visionē dei: ꝛ tamē ꝙ nō fruit deo probat sic. qꝛ fruitio talis est res posterior ꝛ operatio distincta ab alijs: ꝛ ideo sine cōtradictiōe quacūq̄ pōt deus manutenere oēs res illas simul in mēte b̄ti: ꝛ tn̄ suspēdere actū fruendi. Unde de istis cōclusionibus nō apparet magna difficultas.

Obijcitur primo. Tamē ɔ̄ ista cōclusionē arguit sic. si de⁹ cōicat sor. aliquā charitatē: lumē glorie ꝛ claram visionē essentie diuine: ḡ deus diligit sor. ꝛ si diligit sor. sortes diligit eū: qꝛ aliter sortes p̄deret charitatē ɔ̄ casum: qꝛ de⁹ aliter irrationabiliter diligeret eū q̄ nō diligeret se. ꝛ q̄ nō diligit: cadit a charitate: ergo nō stant simul ꝙ sit in charitate: ꝛ vidēs deū nō diligit eū: ḡ ꝛc. Assumptū per Aug. p꞉ꝫ j. de trini. c. xiij. Ipsa visio est facie ad faciem: qua summū premiū p̄mittitur iustis.

Scd̄a. Scd̄o meditationū. c. xxxix. Que ē vita eterna: nisi illa visio que cōceditur iustis: ꝛ nō cōceditur impijs: In multis etiā alijs locis idē dicit ꝙ tota cōtēplatio est tota merces: ḡ ꝛc.

Tertio. Tertio q̄ clare videt deum: videt ipsum esse summe diligendū. ḡ si nō diligit eū: omittit ɔ̄ iudiciū rationis. ergo peccat: ꝛ cadit a charitate: ḡ ꝛc.

Quarto. Quarto sic. xij. meta. cōmēto. xxxix. Voluntas eni facit cōprehensionē sicut mēbra corpus: sed posito lumine et corpore opaco necessario sequit vmbra: ergo posita apprehēsione voluptatis ac delectabilis: necessario sequitur delectatio: ergo et fruitio.

Quito. Quinto. si non: sequitur ꝙ voluntas talis pōt odire deū simul cū illis habitibus existētib⁹ in se: ɔn̄s falsum: qꝛ odiū dei ꝛ charitas dei nō stant simul.

E Ad primum. Ad ista. ad primū pōt dici accipiēdo dilectionē dei p̄ acceptione ad beatitudinē, vel ad fruitionē sui: p̄ma ɔn̄a nō valet: nec scd̄a: ista videlꝫ: deus diligit sor. ḡ sor. diligit deū: qꝛ pōt esse sicut denotat p̄ an̄s ꝙ tn̄ nō sit sicut denotatur p̄ ɔn̄s: quātum ad virtutē sermonis loquendo de dilectione actuali: qꝛ sor. dormiens diligitur a deo ꝛ tn̄ ipse dormiēs nō diligit deū. Ad p̄bationē q̄n sic d̄r. Si sor. nō diligit deū: ergo p̄dit charitatē: nō sequitur: sicut p꞉ꝫ: nisi intelligatur de dilectiōe habituali. Et silr̄ loquendo de potentia dei absoluta: deus potest ponere charitatē in odiente se si vellet qꝛ hoc fieri nullā cōtradictionem includit.

F Ad secundū. Ad scd̄m dico ꝙ illud assumptū est falsū de virtute sermonis: qꝛ nec visio est beatitudo nec fruitio nec dilectio: sed beatitudo est vnū aggregatū s̄m imaginationē ex oībus istis. Un̄ Boeti⁹. iij. de ɔsola. Beatitu-

do est status oīm bonoꝝ aggregatiōe pfe-
ctus. Et anb. de ꝯcor. Btitudo ē sufficiētia
cōpetētiū cōmodoꝝ. tñ dictū Aug. in ꝓpo
sito v̄ificaṫ p synecdochē: q2 accipit ptē ꝓ
toto: q2 de facto nō separanṫ in btīs: s3 q cū
q3 videt clare: est btūs. ⁊ siṙ q fruiṫ: ē btūs
B ⁊ sic de alijs. Ad tertiū qn̄ dr ꝙ oīs q vi
Ad ter det deū ⁊c. Dicēdū ꝙ nō est ita: cū visio in-
tium. tuitiua dei sit notitia icōplexa: ⁊ oē iudiciū
sit notitia ꝯplexa: pōt de⁹ cōsuare clare vi
sionē dei in mēte alicuius sine tali iudicio.
Quātū ad pmā rōnē argumēti qn̄ arguit
vlteri⁹ ꝙ si nō diligit ⁊c. Dicēdū ꝙ etiā po
sito ꝙ videret deū eē diligēdū sup oīa: ad-
huc eēt possibile ꝙ de⁹ suspēderet actū di
ligēdi qd̄ seq dr: ⁊ tūc talis nō faciens ꝫm
iudiciū in nullo peccaret: q2 eēt ꝓpedit⁹ a
deo ne talē actū eliceret. Scđo pōt dici ꝙ
ista ꝯña nō valet. nūc peccat: ḡ cadit a cha
ritate: q2 deus posset ponere charitatē in
D damnatis si vellet. Ad quartū de aucto
Ad qr ritate ꝯmē. dicēdū ꝙ locus a simili frequē
tum. ter facit fallaciā ꝯñtis. tñ ipse ibi loqṫ de
volūtate siue dilectiōe pmi pncipij qd̄ est
deus: sicut posito corpore opaco in lumine
⁊c. dicēdū ꝙ nō ē necessariū ꝙ fiat ibi vm
bra si de⁹ velit. pōt em̄ de⁹ cāre lumē ad lu
mē: vel facere ꝙ lumē penetret corp⁹ quā-
tūcūq3 opacū: ⁊ causet tūc lumē vltra illd̄
E corp⁹: ⁊ nō erit aliq vmbra. Ad qntū pōt
Ad qn dici: nō video ꝯdictionē qn illa quatuor cō
tum. patianṫ se v̄tute diuina: habit⁹ charitatis:
lumē glorie: clara visio dei: ⁊ odiū dei: etiā
in eadē volūtate creata. vñ simul possunt
poni in eadē mēte v̄tute diuīa: nec est for-
malis repugnantia inter charitatē ⁊ pcm̄
mortale: nec iter habitū charitatis ⁊ odiū
dei. Siṙ nō est semp necessariū ꝙ odiū dei
semp sit pcm̄. posset em̄ deus odiū suū ac
ceptare ad bonū si vellet: ⁊ haberet ꝓ in-
differēti: sicut mō habet pro indifferēti ꝙ
leuet festucā: ⁊ moueat digitum vel aliud.
Tertiū nō apparet mihi euidēter ipossibi-
le: qn deus posset quecūq3 cōseruare ꝯtra-
ria re absoluta distincta ab inuicē: ⁊ hoc ꝓ
tāto q2 ista nō sunt nata se inuicē corrūpe-
re nisi per mutuā actionē. modo possibile ē
manutenere duo cōtraria approximata ad
inuicē: ⁊ suspendere eoꝝ actionē: nō volen
do eis coagere. ⁊ sic pꝫ ꝙ de⁹ posset in ea-
dē aīa conseruare odiū ⁊ amorem respectu
eiusdē forme: sicut fuerūt simul in aīa chri
sti summum gaudium cum intenso dolore

Secundus articulus est R Scđs articl's

ꝙ volūtas creata habeat ꝫ ex sua ꝓpa li-
bertate: ꝙ pōt suspendere actū diligēdi: ⁊
ponere eū in effectu vt sibi placuerit respe
ctu dei clare visi. Ad istū intellectū tractaṫ
ista qstio frequēter in scholis: vt nō sit du-
bitatio qn pōt fieri circa hoc v̄tute diuina
impediēte causare actionē volūtatis: s3 in
hoc poniṫ dubitatio qd possit volūtas crea
ta stāte influētia de sua ꝓpa libertate cir-
ca deū visum: an possit eū diligere an non:
vel odire. Et iste articulus pōt dupliṙ ptra
ctari. Uno mō de volūtate creata nuda si-
ne habitu glorie ⁊ charitatis: q2 licet deus
nō cōicet de facto visionē sui nō habenti lu
mē glorie ⁊ habitū charitatis: nō tñ inclu-
dit ꝯdictionē eū hoc facere. Alio modo po
test ptractari iste articulus de volūtate in-
formata istis habitibus. In isto articulo L
pmo dicam qd̄ mihi nūc apparet melius. Decisio
Scđo obijciā ⁊ soluā dubiū. Ad primum articu-
pono tres ꝯclusiōes. Prima est: ꝙ talis po li.
test esse visio dei clara cōicata creature rō- Prima
nali: ꝙ creatura talis pōt libere nō dilige- ꝯclusio
re deū stante illa visione. Scđa est: ꝙ ta
lis pōt esse visio vel cognitio clara dei cōi- Scđa
cata volūtati create: ꝙ volūtas nō pōt li- ꝯclusio
bere odire deū: sed cōicabit dilectionē na-
turaliter: sicut ignis cōicat calorē in cōbu-
stibili nō libere: s3 naturaliṙ. Tertia ꝯclo: Tertia
ꝙ talis pōt esse visio dei clara cōicata vo- ꝯclusio
lūtati: ꝙ volūtas pōt etiā libere odire deū
clare visum. Suppono etiā in oībus istis
cōclusionib⁹ ꝙ nō sit in volūtatis potesta
te dimittere intētū a cognitiōe vel visione
dei: q2 sic esset facile voluntati non diligere
deū: sed ꝙ manuteneat cognitionē vel vi-
sionē sui deus ꝫm intentū. Primā cōclu M
sionē psuadeo sic. cū clara visiōe dei stat er Proba
ror circa aliquā veritatē. Hec ꝓpositio pꝫ: tio pri
q2 si esset falsa: opꝫ clare videntē deū scire me cō-
oēm veritatē. ꝯñs falsum: q2 tunc nō sciret clusio-
vnus beat⁹ aliquā veritatē quā ali⁹ igno- nis.
raret: ⁊ sic aīa christi nullā veritatem sciret
quā pōt āgelo vel alteri reuelare: ⁊ sic peri
ret illuminatio in beatis. ꝯñs falsum. ⁊ sic
oīs beat⁹ tot veritates sciret quot ipse de⁹
qd̄ est incōueniens: ergo oportet dicere ꝙ
cū clara visiōe dei stat ignorātia circa mul
tas veritates: ⁊ pari ratione errores. Posi
to ergo ꝙ cū clara visiōe dei stat iste error
in mēte videntis deū clare: nisi suspēderet

actū diligendi ad tempus:erit miser in per petuum:cū stāte isto errore:aut pōt hec vo lūtas suspendere actū suū vel nō.si non: g̃ pōt scienter velle vnde miser esset:ꝛ sic pos set velle miseriā ꝫ Aug.ꝛ Anß.si sic:habet͛ propositū:ꝙ pōt suspendere actū suū. Si dicat͛ ꝙ non est possibile ꝙ talis error stet cū visione dei. Cōtra:possibile esset ꝙ de⁹ vellet aliquā volūtatē clare videntē deum nolle se diligere deū stante illa visiōe:ꝛ tūc posset hoc reuelare ꝛ ꝑcipere illi voluntati ergo volūtas posset se conformare illi pre cepto:ꝛ nollet se nō diligere deū:ergo ma le vult diligere deū stante nihilominus vi sione illa.ꝛ sic simul starent ꝙ aliq̄s clare videret deū:ꝛ vellet se nō diligere deū:igit͛ male vult diligere deum: ergo non diligit deū:ꝛ vult male diligere deū: ergo vult di ligere deū:q2 oīs volens vult suū velle. Si militer si vellet nō diligere deū: tū dilige ret deum:vellet aliq̄d inuite:ꝛ diligeret de eodē qđ vellet:ꝛ vellet qđ nō vellet:q̄ sunt impossibilia. Scđo arguo sic. supponitur opinio mgr̄i sentē.ꝛ Hug.q̄ ponit.ij.sentē tiaꝛ dist.iij.ꝙ nō oēs angeli sunt equales in libertate:sed ꝙ vn⁹ sit liberior alio. Ca pio ergo tres:quoꝝ vnus habet minimā li bertatē:scđs maiorē: terti⁹ maximā:q̄ sint ꝺm ordinē:a:b:c.tūc sic:capio remississimā dei visionē clarā quā a pōt habere si est da re talē:q̄ro tūc vtrū illa necessitat ad dili gendū deū:an nō.si nō:habetur ꝓpositū. si sic:pono ꝙ illa visio equalis sit c.ꝛ arguo sic.c est liberior a:igitur nō oīs visio q̄ ne cessitat a ad diligendū:necessitabit c.g̃ c po test nō diligere:vel visione aliqua remissio re ipsi⁹ b. Si dicatur ꝙ visio nō necessitat ad diligendū:sed obiectū visum. Cōtra.ob iectū visum nō necessitat nisi per visionem sed visio causatur libere remissior: vel cau sat maiorem remissionē in vno vidente q̄ in alio:ergo possibile est sic ex vna parte re mittere visionē in c: ꝛ ex alia parte sic intē dere libertatē ipsius c:ergo c relinquit͛ sue libertati ad diligendū vel nō diligendum: qđ est propositū. Licet iste rationes possunt faciliter impediri:tū sufficiunt ad presens: q2 cōclusio apparet mihi vera etiā sine eis.

ij Proba tio scđe conclu sionis. Secundā ꝯclusionē videlicet ꝙ talis cō gnitio vel visio dei pōt creature cōmunica ri naturaliter ꝙ diligit deū ꝛ non libere:ß est indifferenter:persuadeo sic.volūtas po test difficultati in respuendo bonū cognitū ergo possibile est ꝙ aliquod obiectū sub tā ta intensione boni representetur volūtati: ꝙ voluntas nō poterit illud respuere. Et voco illud respuere nō solū odire:immo ne gligere vel nō diligere. Ista ꝯña p3:q2 alio quin voluntas esset infinite virtutis in re spuendo quodcūq; bonū:q2 duplū bonū pōt respuere:ꝛ triplū:ꝛ quadruplū:ꝛ sic in in finitū:ergo sequit͛ ꝙ impossibile esset volū tatē aliquā difficultatē sentire in respuen do quodcūq; bonū:q2 potētia infinita nul lā difficultatē sentit:s3 aliquod obiectū est sic ꝙ possit sub tam intensa intēsione boni representari ꝙ nō possit a volūtatem hoc cognoscēte respui: sed cōstat voluntati ꝙ deus est ta'e obiectū:ergo. Scđo sic secūdū Anß.de magnis.c.xij.nulla voluntas hu mana possit velle nisi habeat quid ꝛ cur. Dicit eñ sic. Quapropter oīs voluntas hꝫ q̄d ꝛ cur.oīno nāq; nihil volumus: nisi sit cur volum⁹.ergo ad hoc ꝙ volūtas volēs vidēs deū velit nō diligere deū:req̄rit cur: hoc est aliquā causam vel rationem quare vult nō diligere deū. sed possibile est deum representari volūtati sic ꝙ nullū cur habe bit:ergo possibile est deū sic videri a volun tate ꝙ ipsa nō poterit velle eū nō diligere Nō facio vim in loquēdo an dicā volūtatē dirigere vel itellectū:q2 dicūtur eē termini ꝯuertibiles:licet nō sunt synonimi isti duo termini intellect⁹ ꝛ volūtas. Assumptū se cūde videlꝫ ꝙ de⁹ pōt sic represētari volun tati create:ꝙ ipa nō videbit cur debeat eū non diligere:q2 pōt representari sub rōne delectabilis oīno:sine hoc ꝙ volūtas vide at aliquā rationē terribilē incōmodi vl͛ no ciui:sed nihil aliud pōt esse cur volūtati ta li:ergo volūtas talis pōt carere ratiōe seu cur nō debeat deū diligere:sed sine cur ni hil valet:ergo ꝛc. Contra hec dicta videtur ꝺm imaginationē quorūdā modernorū ꝙ sufficit ad rationem volendi pro causa cur ꝙ voluntas vult experiri propriā liberta tē. Unde dicunt ꝙ volūtas potest velle mi seriā ꝛ dānationē perpetuā: si ponat se ad experiendū propriā libertatē. Et si arguit͛ ꝙ voluntas nihil pōt velle nisi sub ratione boni alicuius delectabilis vtilis vel hone sti. Dicunt ꝙ hec diuisio de bono nō est suf ficiens nisi quantum ad voluntatem or dinatam. Sed voluntas deordinata qua vult se ponere ad volēdum quicquid illud sit:eoipso ꝙ appetitur: eo ipso est bonū:

Et sic miseria vel pena summa est bonum si appetatur: q2 eoipso ꝙ aliqd appetit: eoipso est bonū. tamē hanc ꝑpositionē distinguunt: volūtas vult male esse: ꝫm cōpositionē ꝛ diuisionē. Sensus cōpositus est ꝙ voluntas velit ꝛ feratur in hoc totū quod est male esse: ꝛ est falsus. Sēsus diuisus est ꝙ volūtas feratur in illam rem qua voluntas male habet. Dicunt ergo isti ꝙ voluntas potest velle miseriam quantum ad hoc contra intentionē importatam per istū terminum. exemplifica hoc per intentionē q̄ est esse nolitū: qd verū est: quia in isto termino includitur ꝙ illud quod est miseria alicuius: sit ab eodem nolitū: ꝛ id non pōt simul ab eodem esse volitum ꝛ nolitū. ideo quantū ad hanc intentionem nō potest volūtas velle miseriam propter inclusionem cōtradictionis. Potest ergo dici ad rationē ꝫm hanc viā: ꝙ quandocunq3 volūtas viderit deū: pōt percipere propriam libertatem: ꝛ sic poterit velle experiri propriam libertatē ad nō diligendū deum: ꝛ illa ratio potest sibi esse cur ad modū loquendi venerabilis Anselmi. Sed de ista positione videbitur infra: tamē quantū ad rationē factam pertinet/nō impedit eā: q2 certum est ꝙ clara visio dei stare potest in voluntate: sine hoc ꝙ voluntas habet aliquā cōsiderationē de sua libertate: ergo causata tali cognitione ista voluntas nullum cur habebit: sicut argutū est: ꝛ stat ratio in robore suo. Tertio patet ista conclusio: ꝙ ita est de facto ꝙ volūtas beatoꝝ diligit deū: et nō pōt nō diligere: alioquin nō essent cōfirmati in beatitudine. Cuius oppositū dicit mgr. ij. senten. distin. vij. ꝙ boni angeli adeo sunt confirmati in gratia: ꝙ non possunt fieri mali. iiij. senten. dist. xlv. ꝙ beati sunt addicti sic diuine volūtati: ꝙ nihil preter eam velle possunt vel ꝫ eam. Sed dicit ad illud ꝙ hoc nō est ex necessitate obiecti visi vel visionis: sed sic miraculose deo non volente coagere ad aliquam volitionem nisi ordinatam: eo ꝙ manutenet voluntatem in actu suo: ꝛ ideo non relinquitur volūtas sue proprie indifferentie siue libertati sue. Sed quia contra hanc responsionē non potest efficaciter argui nisi ab illo qui deū vidisset: ideo transeo: ꝛ sufficiunt mihi ꝓbabilitates: quia conclusiones quas persuadeo: sunt extra experientiam naturalem: et sunt mihi fere ꝓblemata neutra: ꝛ nimis difficile arbitror: quare assignare sicut dicitur primo topicoꝝ.

O Obiectio.

Arguo sic. talis apprehensio alicuius tristabilis potest esse creature rationali cōicata: ꝙ illa creatura necessitabitur ad nolēdū: sicut existimo ꝙ est de facto in dānatis: ergo pari ratione aliquid pōt ostendi sub tali cōuenientia bonitatis vel diligibilitatis: ꝙ voluntas necessitabitur ad diligendum.

Rn̄sio.

Sed ex hoc nō sequitur coactio voluntatis: q2 nō est contra impetum vel instinctū seu inclinationē voluntatis. Unde stant simul ꝙ naturaliter ꝛ tamē nō coacte velit aliquid voluntas qd nolit voluntas.

P Repetitio ꝛ ꝓbatio tertie conclusionis.

Tertia cōclusio est: ꝙ talis pōt notitia voluntati create cōicari de deo clare viso: ꝙ illa volūtas poterit ipm odire stante illa visione. Hoc probo sic. de9 clare visus potest apprehendi sub ratiōe summi nociui: quia stante tali visione pōt deus reuelare videnti ꝙ vult eū adnihilare vel dānare: vel sub aliqua alia intentione quā voluntas potest odire per sequitur ꝛc.

Rn̄sio.

Dicitur ad illud ꝙ licet deus presentetur alicui sub ratione punitiui: nō sequitur ꝙ voluntas potest odire deum: sed illā punitionem.

Jmprobatio.

Sed ista responsio non videtur valida: quia si voluntas odit istam punitionē: ꝛ scit ꝙ deus vult eam inferre: ergo odit ꝙ deus infert. Ponam9 igitur ꝙ summe odiat ꝙ illa pena sibi inferatur: ꝛ simul cū hoc sciat ꝙ si deus sit deus: ipse sustinebit: ꝛ ꝙ deus volet sibi inferre. ergo potest velle deum non esse citius q̄ sustinere istam penā. ergo si non possit odire deum punientem: nihil impediret: nisi ꝙ videret iustum formaliter sibi quicquid deus vellet fieri circa eum: sed si talis amor iustitie posset fieri: ꝙ voluntas acceptaret ꝙ deus eum summe puniret: sequitur ꝙ habita continue tali volitione deus non potest punire eam: q2 nihil est penale voluntati nisi qd contra eius affectionem est secundū Ansel. iiij. ca. de conceptione virginis. nec sequitur ꝙ voluntas videns deū nullo modo potest inuite puniri a deo. consequēs est falsum: q2 prima affectio incommodi fortius mouet ꝙ secunda affectio iusti sicut patet permutabiliter. ponatur igitur ꝙ reueletur clare videnti deum: ꝙ vel nolet deum esse: vel damnabitur eternaliter vt superi9 ad primam conclusionem argutum fuit: ꝛ sequitur ꝙ vel odibit deum: vel volet miseriam. Preterea deus potest reuelare alicui cla-

re vidēti deū: ꝙ ipse vult ꝙ odiat ipm̄ sub
pena eterne miserie ad horā: ergo volūtas po
terit hoc affirmare stāte tali visiōe. Sic ergo
in presenti articulo teneri posset: ꝙ cū cla-
ra visiōe dei stat fruitio ꝛ odiū ſm diuer-
sas noticias cōicabiles creature: ꝛ puto ꝙ
cōclusiones sunt vere: licet sint min⁹ suffi-
ciēter ꝓbate: sꝫ ꝓ nūc melior ꝓbatio non
Cōtra primā ꝯclonē arguit̄ primo. occurrit. Sed ꝯ istas ꝯclusiones sunt ar-
gumēta multa. Primo ꝯ p̄mā: ꝙ nō pōt es-
se visio clara dei nisi adsit dilectio. arguit̄
primo sic. Angelus vidēs deū necessario di
ligit deū: ergo pari rōne quecūqꝫ volūtas
alia. ꝯña ptꝫ. añs ꝓbatur: qꝛ motor cōiun
ctus necessario mouet orbem suū: qꝛ aliter
posset libere inficere orbē: sed nō mouet: ni
si qꝛ amat primū mouens semꝑ actu: quod
mouet sicut amatū ꝛ desideratū. xij. meta-
physice. cōmēto. xxxvj. ergo motor cōiūct⁹
Scḋo necessario diligit motorē p̄mū. Scḋo sic
summū bonū nō necessario diligitur: ergo
nec summū tristabile necessario odit̄. ꝯña
ptꝫ. qꝛ si pena magis sit odibilis ꝙ̄ gloria
diligibilis: sequeretur ꝙ deus magis puni
ret ꝙ̄ premiaret: ꝛ ꝙ esset magis timēdus
ꝙ̄ diligēdus. Et ꝙ creatura rationalis ma
gis deberet seruire deo propter fugā pene
ꝙ̄ assecutionē glorie. ꝯñs est falsum: qꝛ pe
na necessitat volūtatem ad odiēdū ipsam
Tertio quia aliter non esset sibi pena. Tertio si
videns deum posset eum non amare: ergo
nec ab eo delectari. ꝯñs videtur falsum. Et
probatur ꝯña: quia ponatur ꝙ stāte tali vi
sione qua nō diligit nec delectatur vidēdo
deū: reueletur illi de malo inferendo sibi ꝑ
vnum gradum: deinde per duos ꝛ per tres
ꝛ per quatuor: ꝛ sic paulatim: videt̄ ꝙ iste
summe dolebit: ꝛ sic stabūt simul summus
Quarto. dolor ꝛ clara visio dei. Quarto. si sic: nō
appareret ratio ꝙ beati sint cōfirmati libe-
Quīto re nō diligere deū. Quinto sic. beatitudi
nem in vniuersali apprehensam nullus po
test non velle: ergo a multo fortiori nec de-
um clare visum. Antecedens patet ꝑ btm̄
Aug. in diuersis locis. xiij. de trini. Cui. c.
iij. dicit de Ennio poeta: ꝗ dixerat ꝙ illud
est quod volunt omnes laudari: qꝛ si dixis-
set omnes beati esse vultis: ꝛ miseri esse nō
vultis: dixisset aliqd qḋ nullus in sua nō
cognosceret voluntate. Quicquid em̄ aliud
quisqꝫ latenter velit ab hac voluntate que
omnibus ꝛ in omnibus nota est: nō recedit
Eodē lib. ꝛ eodē cap. paulo ante recitat di
ctum mimi cuiusdā qui repromiserat se di-
cturum omnibus ad ludum confluentibus
quid vnusquisqꝫ vellet. ꝛ cum venissent: di
xit. Uili vultis emere: ꝛ care vendere. Dixit
Augu. tam de isto ꝙ̄ de Ennio: quia vterqꝫ
dixit falsum. Sed si dixissent ꝙ oēs volunt
beatitudinem: dixissent verum. Unde dicit
ibidem ca. v. Quapropter qm̄ verum est ꝙ
omnes homines esse beati velint: idqꝫ vnū
ardentissimo amore appetunt ꝛc. Itē. xij.
cōfes. ca. xxj. Ipsa est vita beata quam oēs
volūt ꝛc. Itē Enchiriō. c. ciiij. Multo ꝗp-
pe liberius erit arbitrium qḋ omnino non
poterit seruire peccato. Neqꝫ aut volun
tas nō est: aut libera dicēda nō ē: qua bea-
ti esse sic volumus: vt esse miseri nō solum
nolimus: sed nequaꝙ̄ prorsus velle possi-
mus. Et ponitur hec auctoritas. ij. senten.
dist. xxv. c. v. ergo nemo pōt nō velle beati
tudinem in vniuersali apprehensamꝫ: ergo
nec deū clare visum. Sexto sic. beat⁹ Hu Sexto
go de ar. Noe lib. j. Deus est talis: ꝙ neqt
sciri ꝛ non amari. tanta em̄ est species pul-
chritudinis eius: vt qui potuerit eū videre
nō possit eū non diligere. Contra scḋam Cōtra secūdā conclusionem arguit̄
cōclusionē arguitur multipliciter. Primo
sic. volūtas ꝛ natura habent modos oppo
sitos principiandi actus suos necessario ꝛ
libere: ergo sicut natura nunqꝫ pōt libere
ꝑncipiare: ita volūtas nūꝙ̄ pōt necessario Primo
principiare. Secūdo sic. omne naturale Scḋo.
agens agit ſm vltimū sue potentie: ideo si
volūtas ferretur naturaliter in deū clare
visum: ferretur intensissime ꝛ ſm sue potē
tie vltimū: ergo ꝑfectior in naturalib⁹ ꝑfe
ctius deū diligeret: sed ꝗ perfectius deū di
ligit: magis a deo diligit̄: ꝛ magis ē beat⁹
ergo beatitudo cōferret̄ ſm capacitatē natu-
raliū. ꝯñs falsum: qꝛ dat̄ meritū iuxta oēs
Tertio sic: potencia libera per participa
tionē nō magis necessario tendit in perfe Tertio
ctius obiectū: ꝙ̄ in obiectū minus ꝑfectū:
vt visus nō magꝭ necessario videt pulchrū
ꝙ̄ turpe: ergo a multo fortiori potentia li-
bera ꝑ essentiam non magis tendit in obie
ctū ꝑfectius ꝙ̄ in obiectū minus perfectū
Quarto: capio aliquem Iudeū qui odi- Quarto.
uit christū: ꝛ ostendatur sibi deus clare: tūc
ille odiuit christū: ꝛ clare vidit deū: ergo odit
deum clare visum. Quinto sic. tūc Moy- Quīto
ses ꝛ Paulus qui viderunt deū ꝑ essentiā:
necessario dilexissent deū intensissime: igi-
tur in separatione ab illa visiōe habuissent

maximam penã. Consequẽtia ptꝫ: q2 si na⸗
turaliter est mihi maxime delectabile vi⸗
dere deũ: est ꝙ̃ mihi maxie penale carere il⸗
la visione. Non ergo dicat ꝙ in nullo do⸗
luissent de amissione illius visionis ꝓpter
oĩmodam cõformitatẽ ad volũtatẽ dei: q2
cõtra illud qđ est naturale volũtati: nõ po
test volũtas se cõformare libere: sicut nec
libere põt dominari potẽtijs anime vege⸗
Sexto tatiuis. Sexto. nõ magis naturaliter volũ
tas diligit deũ clare visum: ꝙ nũc diligit
beatitudinẽ in vniuersali apprehensam: sꝫ
beatitudinẽ sic apphensam põt nõ velle:
ergo ⁊ deũ clare visum. Maior ptꝫ: q2 dili
git naturaliter ⁊ ardentissime beatitudi⸗
nẽ. ſm Aug. iij. de trini. c. v. ⁊ fuit superi⸗
allegatũ. Minor ostendit: q2 possibile est
ꝙ aliquis erronee existimet istam solum vi
tam esse possibilẽ: ⁊ tũc potest ſm talẽ er⸗
rorem nolle aliquid aliud a vita ista: ⁊ tũc
si beatitudo sibi offerret: posset nolle istã
sic apphensam: q2 posset nolle esse: qđ isti
statui repugnat. Itẽ sic q2 aliqui credẽtes
se ꝯsequi beatitudinẽ si nõ peccẽt ⁊ nõ ali
ter: eligũt carere beatitudine: ergo ptꝫ mi⸗
Septimo. nor. Septimo. nõ magis diligit volun⸗
tas deum clare visum: ꝙ̃ odit miseriã clare
apprehensam: sꝫ apprehẽdẽs clare miseriã
põt eã velle: ergo ⁊c. Minorẽ ꝓbo: q2 det
optio diabolo vel adnihilari vel manere
in miseria: ꝑterea quero quã partẽ eliget:
nõ primã: q2 nullus põt eligere nõ esse: er⸗
Octauo. go eliget secundã partẽ. Octauo. si visio
dei clara põt necessitare voluntatẽ ad eli⸗
gendũ actũ circa deũ: sequit ꝙ apprehen⸗
sio actus illecebre põt necessitare volunta
tẽ ad volẽdũ istã. ꝯñs est falsum: q2 sic põt
necessitari ad seruiendũ libidini. ꝯ Aug. j.
de libe. arbi. ꝯñam probo: q2 deus clare vi
sus vel bonũ infinitũ apprehẽsum nõ cau
sat nisi actũ infinitum: quia actus actiuoꝝ
sunt in patiente disposito. sed patiens nõ
põt recipere actũ infinitũ: ergo ⁊c. Simili
ter illecebra apphensa mouet finite: ⁊ cau⸗
sat actum volẽdi finitum: ergo inter illos
duos actus est alia ꝓportio: sed ille qui est
respectu dei: est maior: pono ergo illecebrã
precedentẽ. igit eadẽ ꝓportione in q̃ act⁹
respectu dei excedit actũ datũ prime illece
bre: tunc illecebra causabit actũ essentialẽ
respectu sui obiecti: sicut actus quem cau⸗
sat summũ bonũ/ est respectu summi boni
ergo si summũ bonũ intelligat actũ volun

tatis: aliq̃ illecebra necessitabit eadẽ rõne.
Ad ista argumẽta rñdeo: sꝫ difficultates
tangunt circa materiã actionũ: tamen nõ
ꝯcludũt directe ꝯtra ꝯclusiones. Ad pri
mum qñ dr ꝙ angelus qui est motor con⸗
iunctus ⁊c. cõceditur ꝙ sibi est talis noti⸗
tia creata: ꝙ nõ põt nõ diligere deũ. habꝫ
enim tale dictamen ꝯscientie: ꝙ si non di⸗
ligeret deũ: nec se conformaret volũtati di
uine: damnaret in perpetuũ: ⁊ cũ hoc non
sit sibi eligibile: nullo mõ põt aliquid vel⸗
le qđ existimet esse añs ad illud: ⁊ tale di⸗
ctamen ponit Hybernicus cãm cõfirmatio
nis in angelis beatis. Sed ex his non seq̃⸗
tur ꝙ quecũq3 clara visio dei sic necessitet
volũtatẽ: sꝫ tñ ꝯcludit ꝙ aliqua est talis.
⁊ hoc est verũ: vt dicit scđa ꝯclusio. Ad se
cundum qñ arguitur sic. summũ tristabile
necessitat odire. Põt dici ꝙ summũ trista
bile sic põt apprehẽdi: ꝙ necessario odit: ⁊
etiam sic ꝙ nõ. Nã manifestũ est ꝙ volun
tas apprehẽso summo bono sub aliqua in
tensione generali: põt remouere intentũ a
ꝯsideratione illius: ⁊ põt voluntas indire
cte suspẽdere actũ suũ. Silr indirecte põt
suspẽdere actũ suum: volẽdo se nihil velle
nec nolle circa illud. Unde cõformiter di⸗
ci põt de miseriis sicut de summo bono: ꝙ
aliqua notitia sufficiat ad necessitãdũ vo⸗
luntatem ad odium: ⁊ aliqua non sufficit.
Ad tertiũ ꝙ posito casu ⁊c. Cõcedi põt
ꝙ cũ aliqua visione dei clara stare põt do⸗
lor: ⁊ cum aliqua non potest. vnde est dare
aliquã notitiã ita clarã ⁊ certã beatitudi⸗
nis: ꝙ talis notitia stare nõ põt cũ reuela
tione quacũq3 de malo pene inferẽdo: qua
lis notitia est modo in beatis. Concedi tñ
põt ꝙ deus notitiã clarã essentie sue poss3
cõmunicare creature dãnande: ⁊ reuelare
sibi dãnationẽ: ⁊ ipsa tũc vidẽs deũ trista
retur. Cõtra. magis auget qđ adest ⁊c. Po
test dici ꝙ hoc verũ est qñ adest sine impe
dimẽto ꝯtrario: vel qñ adest ꝑ ꝑsentiã suf⸗
ficientẽ ad necessitandũ volũtatem: sicut
dicit scđa ꝯclusio. Ad quartũ verum est
forte si nulla esset notitia necessitãs ad di⸗
lectionẽ: nõ faciliter põt assignari rõ cõfir
mationis: sed maneret libertas ꝯtinua in
volente ad cõtinuandã actũ sue volũtatis
ad diligendũ deũ. Ad quintum quando
arguit ꝙ beatitudinem in vniuersali ⁊c.
Dicendum ꝙ Aug. ⁊ omnes homines vul
gariter equiuoce loquuntur de velle. Nam

Q Ad ar. ꝯ pmã cõclu. Ad pri mum.

R Ad se cundũ.

S Ad ter tium.

Ad qr tum.

T Ad qn tum.

vno modo capiunt ꝓ habitu vel affectiōe
volūtatis qua hō faciliter inclinat̄ ꝛ red-
ditur aptus ad volendū aliqd qn̄ cogitat
de illo. ꝛ tale velle dicit̄ esse in dormiente.
Alio mō capiunt ꝓ actu elicite volūtatis.
q actus est nunq̄ sine cogitatione accidē
tali. Silr̄ est notandū ꝙ velle beatitudinē
nō est aliud q̄ cogitando optare vel acce-
ptare tales ꝓpōnes mentales: vtinam mi
hi bene esset semꝑ: volo semꝑ valere: bene
viuere: vel btūs esse: vel nihil mali sustine-
re: ꝛ ꝯuertibiles ꝓpōnes cū istis. Dicēdū
est ergo ꝙ beatitudinem in vniuersali po-
test volūtas nō velle: satis bene loquendo
de velle secundo mō: q potest nō cogitare
de talibus ꝓpositionibus: sicut pꝫ ad sen
sum. Similiter quando actualiter cogitat
illas ꝓpōnes: pōt se diuertere: nec opꝫ ꝙ
assentiat eis actu distincto. vnde nō neces-
sario ad talem apprehensionē: sortes erit
btūs: soꝛ. est futurus felix: hꝫ sortes actum
voluntatis acceptantē tales ꝓpositiones.
sed verum est ꝙ habitualiter assentit: quia
si actū volūtatis eius vertit circa eas: in-
uenit se ꝓmptū ad acceptandū eas. ꝛ ideo
dicit̄ eas velle ad mentē Augustini ꝛ san-
ctorum. ꝛ simili modo ꝯcedo ꝙ habituali
ter volo beatitudinē in particulari. ꝛ ꝫm
ista pꝫ quomodo accipit̄ velle primo mo-
do nō nisi in vltima auctoritate: quādo di
cit ꝙ miseri esse nequaq̄ velle possumꝰ: ca
pit velle cōiter ꝓ vtroq̄ modo: ꝛ ibi mani
feste patet ꝙ illi qui dicūt ꝙ volūtas pōt
velle miseriā ad experiendū ꝓpriā liberta
tem: ꝯdicunt plane Augu. ꝛ Ansḃ. de casu
Ad sextum. diaboli. c. xiij. Ad sextū de dicto Hug. de
quo dubito an sit dictū Hugonis: q nō vi
di istā auctoritatem in libro suo: sed reperi
eam scriptam ꝛ allegatā alibi: ideo eā hic
posui. Dicendū ꝙ loquitur de visione bea
tifica: qualis permittitur sanctis. vel forte
fuit illius opinionis: ꝛ nullū periculū est
eū negare. Uel potest dici ꝙ ponit vnam
de possibili ꝓ vna de inesse: q illa de inesse
semper est vera. vnde hanc: qui pōt deum
videre/nō pōt eum nō diligere: ponit pro
U ista: qui videt deū/diligit deū: ꝛ ita est de
facto vniuersaliter: ꝛ hoc intēdit. Ad rō-
Ad primum ꝯ secundā ꝯclu. nes ꝯ secundam ꝯclusionem. Ad primum
illud est argumētū socij: licet nō sit forma
sua. Dicendū ꝙ voluntas respectu vnius
obiecti habet modū principiandi natura-
liter: tamē cognitione determinata; ꝛ etiā
alia cognitione respectu eiusdē obiecti ha
bet modū principiandi actū suū libere et
indifferenter: sicut pꝫ ꝫm cōiter loquētes
ꝛ ꝫm Arist. vij. Ethi. quando volūtas vult
dictatū in vniuersali ꝛ in particulari: sta-
tim opat̄. Un̄ ad volitionē maioris ꝛ mi-
noris scito discursu ꝛ volito discursu: neces
sario vult cōclusionem. Un̄ volūtas cū sit
causa partialis sui actus: vt superius pro-
batū fuit: pōt ꝯtingere ꝙ talis notitia vo
litionis p̄cedat in volūtate ꝙ ipa necessa-
rio elicit aliquā volitionē: sicut si volo effi
caciter sanitatē: ꝛ nō possum hr̄e sine poti
one amara: manifestum est ꝙ naturalr̄ vo
lūtas ꝑ seipām ꝛ p̄orē volitionē necessario
elicit volitionē circa potionē amaram: ꝛ iō
p̄ncipiū illius socij est simpliciter falsum:
q eadē natura nō pōt hr̄e respectu diuer-
soꝝ aliquos modos principiandi: ꝛ ideo
manifestum est ꝙ p̄ncipiat ad media ꝛ ad
extrema necessario libere. Unde natura et
volūtas nō opponūt̄: sed se habēt sicut su
perius ꝛ inferius: q oīs volūtas est natu
ra: ꝛ nō conuertit̄. Et ideo ꝯcedendū est ꝙ
natura pricipiat libere: q indefinita vera.
ꝛ voluntas principiat necessario respectu
alicuius obiecti: ꝛ ecōtrario ꝯcurrentibus
oppositis causis. Similiter dicendū est X
ad scdm qn̄ arguit̄ ꝙ omnis ignis natura Ad se-
liter agit ꝫm vltimū potētie sue. Concedo cundū.
ꝙ agens naturaliter stante influentia ge-
nerali: ꝛ deus nō īpediat: agit quātū sinit̄
illis dispositiōibus quas habet. ita ꝙ for-
tius agere nō pōt stātibus illis dispositio
nibus: ꝛ ꝯcausis nō mutatis: ꝛ iō volūtas
beati elicita ꝑ lumē glorie: ꝛ habens noti-
tiam determinatā de deo: ita intēse diligit
deū sicut pōt cū tali lumine ꝛ tali visione
ꝛ tali opatione dei. si tn̄ dispōnes ꝛ circū-
stātie iste intēderent̄: tūc volūtas pōt intē
siorē actū elicere: sicut visus videns ꝑ me-
diū densum obiectū: qḋ videri pōt stāte il
la densitate: clarius tn̄ videri posset in me
dio rariori. Quia ergo volūtas beatoꝝ nō
fruit̄ deo ꝫm possibilitatē naturalē: sꝫ ꝫ
facultatē gratuitoꝝ adiūctoꝝ: ꝛ gratuita
sunt inequalia: sicut merita sunt iequalia.
ideo fruitio in diuersis volūtatibus est in-
equalis. Ad tertiū de potētia libera ꝛc. Y
Nego ꝯnām: cuius causa est: quia visus hꝫ Ad ter-
